nullum sibi prauidicium facit. Quo autem ad thorum, & cohabitationem, non potest dimittere, nisi ecclesia iudicio: & si dimiserit, potest cogi ad habitandum cū ea, nisi statim posset adulterium probare secundum Hofst. infra octo dies.33.q.2.e.c. ecclesiastica. Ideo diuortium, nō nisi iudicio ecclesiae potest fieri, secundum Tho.nisi fornicatio sit carnalis, & notoria. Qnod si sic est, potest, c. de illis, de diuort. Secus de fornicatione spirituali, & notoria, capi porr̄ codem titu. secundum verò Pa.iii, quando est notorium, est par ratio in vitroque glos. in capitū fina, de conuer. coniui. Quando aliquid dicitur notorium, suprā. Manifestum, per totum. & Notorium, s. primo.

77 Si alter coniugium adulteriū secrete, si petat debitum, non coadē, sed humiliat, non propter hoc mortaliter peccat, licet fornicando ius perendi perdiderit, scilicet quasi sibi debitum, nō autē qui posuit petere quasi rogando, & non cogendone te- netur reuelare vxori hoc, quia cum hoc sit introdūcum fauore coniugis non peccantis, si tunc hoc, & rediceret, prajudicaret sibi, non autem si ignoranter redat. Si tunc Tab.ter, matrimonium.4. s. 6.

78 Vir & vxor in causa diuortij ad paria iudicari possunt, licet maior causa sit in uno, quam in alio, sufficiat tamen ad diuortium in vitroque, secundum Tho. suprā.a.4.reliqua, quāz ad diuortium pertinent, suprā. Diuortium, per totum. Si ecclesia alteri coniugii scītēti impedimentū precipiat cohabitare cū altero, obediens quo ad cohabitationem, & necessi-

necessariorū administrationē, non autem quo ad debiti redditionem, secundum Vgo. quia ab eo peccato reddere non potest.

M E D I C U S .

Medici multis modis pec-
cant. Primo quando igno-
rant infirmitatem, & tamen vel
ex temeritate, vel ne repudient
ignorantes, vel propter luxuriam
aut huiusmodi, afflūunt infir-
mum medicare, expONENTES cum
periculo mortis, vel notabilis no-
cumenti: & hoc est mortale, quā
contra charitatē proximi. Vel
si possunt scire, tamen nolunt flu-
dere, aut pertinere consulere. Se-
condo, peccant mortaliter, quād
de cognita infirmitate negligunt
studere de remediis, vel visita-
re, vel propinare debitas medi-
cinas si possunt; vel quādo fec-
erunt vnam medicinam, & aduer-
tunt non esse conuenientem, non
mutant, ne credant ignorantes.
Si etiam exhibuerūt medicinam
dubiam pro certa, vel non secun-
dum artem, sed secundum suam
stultam phantasiam volunt medi-
care, vel experimēta facere, &
huiusmodi, quibus infirmus ex-
ponitur periculo graui, mortale
est. Terzo, quando consilunt
propter sanitatem corporis, ali-
quod, quod est mortale, vt for-
nicationem, pollutionem, incan-
tationem, vel huiusmodi: mor-
tale est hoc, quia contra hono-
rem, & praeceptum Dei, & etiam
est prohibitum, in cap. cū infir-
mitate de penitent. & re. Quartō,
quādo infirmus est in cap. peri-
culo, & infirmata gravis est:
Iacet nec fit in capu mortis, si me-
dicus non admoneat, & inducat
ad confessionē quantum potest,
vt precipit in dict. ca. cum in-
firmitas, etiam contraria confuc-

gratis servire tenetur, tam pauperibus, quam diutibus infirmis.

2. Si autem duies sint infirmis, & non vult solvere, non proper hoc medicus debet eum permittere mori sine medicamine, sed debet ministrare remedia, & postmodum repeteret ab eo, vel eius hæreditibus stipendum, vel expensas pro eo factas, & ipse, vel hæredes tenentur mercedem solvere medico, qui fecit, quod ille, vel illi tenebatur facere, quantum contra voluntatem auaram ipsius egredit. ff. de nego. gestis. l. Pomponius. Vide in l. Scicchus, ff. de pec. leg.

3. Septimò peccant, quando nimis & excessivis stipendiis pertinet contra iustitiam, vel quando faciunt fieri expensas nimis excessivas, & superfluas, maximè pauperibus: ut vel ipsi plus lucentur, vel aromatarii, vel quando citò possent sanare, sed in longum trahunt, quia quandiu pender fructificat, & in multis aliis mortaliter delinquunt, que poterit prudens confessor adverte, quando sunt notabiliter contra iustitiam, vel contra charitatem, vel contra bonos mores.

4. Clerici in sacris existéntibus, vel in minoribus beneficiis, & religiosis, non licet vt arte mendicandis nisi gratis, & vbi periculum non imminet, capi multa ne cleri, vel mo. Chirurgiam vero, quæ incisioe, vel adiunctione, vel sanguinis effusionem indiget, exercere eis non licet, cap. sententiam, ne cleri, vel mo. & cap. duas de homin. libi enim interdictum. suprà. Irregularitatem. s. 47. Posset enim clericus in medicando irregularitatem contrahere, quam non contrahere secularis medicus, qua oð dat operam rei

illicit sicne clericus, cui hoc prohibetur, ideo sibi opus illictum est, non laico.

5. Medicus intras monasterium, in quod prohibitum est sibi pena excommunicationis latra tentia, cupiam excepto medico intrare, etiam quod non sit doctroratus, dummodo medices, & hac de causa intrauerit, non est excommunicatus, secundum Bar. in l. Cividum. ff. de adil. edict. & ita casu huic occurrenti respondit. An licet vocare medicu. Iudicium. suprà. Iudic. s. 9.

6. Licet infirmi, & iteratores non teneantur obediens medico, cum non sit eorum prælator, nec possit praecipere, tamen si non stant consiliis medici, sed scientier, vel improbabili ignorâ, vel inordinato appetitu summi aliquid, propter quod notable malum, vel mortem incurant, mortaliter agunt contra charitatem, qua corpus proprium debent diligere. arg. cap. s. non licet. 22. quest. 5. Idem die de scrivenibus, quia exponunt infinitum graui pericilio, & sic si sequeverur mors, clementia irregulares, quia ex eorum culpa fecuta est. Secus quando ex iniunctibili ignorantia faciat, credentes prodebet infirmo. An medici, vel chirurgici debeant promoueri ad ordines, s. 11. ver. medicus. s. vlt.

MENDACIUM.

1. Mendacium, quod importat falsam vocis significacionem, semper est peccatum, si est cum intentione fallendi, quia est contra virtutem iustitia. Sed aliquando dicunt mendacium intendit boni proximi, & dicitur officiosum, & est veniale aliquid, quod intentit solitudo sum, & dicitur iocosum, & est etiam veniale, aliquid

quando

MENDACIUM.

quando intendit documentum spirituali, vel corporale, quod si sit notabile, vel ratione personæ, vel ratione rei, est mortale, si autem sit de parua re, vel sit secundum primos motus animi, vel si animo multum nocendi, communiter est veniale. Similiter quando est ex loquacitate, vel sine mala intentione, nisi ex hoc aliquod graue damnum sequeverit, quod quis debuerit adfert: tunc enim mortale est. Et dico mendacium esse pernicisum, quando est contra sacram scripturam, vel contra scientias, quæ sunt bona intellectus.

2. Mendacium predicatoris de his, quæ pertinent ad officium predicationis, & mendacium iudicis iniquitatis index, & eorum que in iudicio dicuntur secundum formam iudicium, sive sit iudicium temporale, sive spirituale, ut tempore, sacramenti confessionis, mortale est, si formaliter menstar quis, suprà. Accusatio. s. 22. infra. s. 5. Quæ si accipiunt pecuniam per fraudem, vel ab his, qui alienare non possunt, tenentur restituere, sicut de lufore, aliter non, nisi de consilio, tanquam tuipe lucrum. suprà. Ludus. s. 6.

3. Dum meretrices ad penitentiam reverentur, volentes de criminibus cōscienti propriis, secundum Caie. ibi in summa, & in cōmetatis tertii partis, debet sufficiere cōfessori, ut sciat peccata sua in generali carthalia, vt quod per tot annos stetit profituta omnibus volentibus, &c. tam religiosis quam secularibus, tam cōsanguineis quam alteri: & non oportet confessorem sollicitare eam de singulis peccatorum speziebus, quia hoc est se, & illam precipitare in tentationem, sine utilitate, sed fat est hec confusus dici. Poteft enim prudens cōfessor exsistimare speciem, & actuū multititudinem, & numerum, turpitudinemque.

MERETRIX.

finis talis mercatoris est inhonestus. Si autem lucrum ordinaret ad bonum Republicæ, vel ad sustentationē præprie familiæ, vel ad alium fine honestum, erit licita, infrā. Negotiorum. s. 1. dummodo non fiant fraudes, vel aliquod iniustū interueniat in mercatoria culpanter.

MERETRIX.

Meretrix est illa, quæ venient turpidum suum facit. questio. 4. can. meretrices. & prohibitum est ad eas accedere de iure diuino, in dic. can. meretrices. & eorum peccata semper est mortale, quia contra legem naturalem, & diuinam, sive hoc faciat pro mercede, sive non. Quæ si accipiunt pecuniam per fraudem, vel ab his, qui alienare non possunt, tenentur restituere, sicut de lufore, aliter non, nisi de consilio, tanquam tuipe lucrum. suprà. Ludus. s. 6.

4. Dum meretrices ad penitentiam reverentur, volentes de criminibus cōscienti propriis, secundum Caie. ibi in summa, & in cōmetatis tertii partis, debet sufficiere cōfessori, ut sciat peccata sua in generali carthalia, vt quod per tot annos stetit profituta omnibus volentibus, &c. tam religiosis quam secularibus, tam cōsanguineis quam alteri.

5. Si persona gravis diceret mendacium, etia officiosum, ratione scindali, posset esse mortale: & ratione iuramenti, s. 7. vel ratione voti, vt si voulisset non dicere aliquod mendacium, & diceret, mortaliter peccaret.

MERCANTIA.

Mercantia exercere simplicer propter lucrum tanquam eius finem, non licet: quia

3 Meretricis oblationes recipi ecclesia prohibet, solum in crimini detractione. Meretricem ducens in uxorem, ut eam a malo retrahat, meretur. **32.** q. i. cap. non est culpandus.

M I L E S .

1 M^llitum peccata ponuntur Luc. 3. c. videlicet concusio, calumnia, non contentari propriis stipendiis. Concusio pauperum est, quando vix vel metu, extorquent bona pauperum, vel in persona ludunt. Calumniari dicuntur, quando diuisibus falso imponunt crimen factiosum, vel rebelliosum, & hostilitatis. Non contentantur propriis stipendiis, quando volunt expensas, & hospita sine solutione, que omnia sunt mortalia, quia contra iustitiam, nisi in repara.

2 Implicant eriam pecatum laura, ut Philosophus dicit, sed magis hoc ex experientia patet; & peccato blasphemie. Vide s. aliquid, ver. Bellum pro totum,

3 Militia ars est licita, si debito modo fiat. ca. militaria. 23. quest. 1, & maxime si feruant regulam datam a Joan. Bap. Luc. 3. Non dehinc se exercete in his, in quibus est periculum mortis, vel gravis mali, &c.

M I N O R .

1 Minor dicitur, qui 25. annū nō complevit. l. si de minor, & potest petere restitutioē in integrū non solum in lesionē, quae de patrimonio demittit, sed etiam celans lucr. ad quadrēnum, postquam 25. annū complevit, de his solum in quibus lastus est, & non 25. annum, dum in minoribus esset, gloss. de restituī in integr. cap. 2.

2 Minor si intrat religionē, secundum Panor. in cap. in presen-

tia de probat, potest omnia bona sua alienare, quia mori fingitur. l. Deo nobis. C. de episc. & cler. non autem non ingrediente, etiam ad causas pias sine auctoritate curatoris, nec etiam contrahere. Quod si ecclesiasticō renuntiari beneficio, minime restitutur, quia in spiritualibus vt maior admittitur, agit, & conuenienter. l. aut prætor. ff. de muni. & in glo. in principio.

1 Minar aliquid est mortale, vt quādo quis alteri iniuriat graue malum, & iniurium: vel non ratione iustitia, vel correctionis, sed liuore vindicta: nō curans an iustum sit, vel iniustus, quia iniustus ex suo genere mortale est, nisi sit quid minimum: & viciū iniurias liuore vindicta etiam similiiter est peccatum. Si autem hoc fiat ex subita ira, comuniter est veniale. s. Ira. s. i. Si autem fiat cōmunitatē ad terrenū tantum, & non animo exequendi, est mendacium, & iuxta regulas mendaciū iudicandū est mortale, vel veniale.

2 Quod si iurenunt mina cū intentione, nō exequendi, committitur perjurium, quia mēdaciū iuratur. Si autem iurantur mina iniusta, cum cum animo exequendi, sive non, mortaliter agitur, quia malum iuratur, à quo recedere est necessarium. Si autem iurantur mina iuste cū animo exequendi, si ante punitionem facta est aliqua mutatio, per quā mina mereantur dimitti, ut quia correcūt est cui minabator, vel huiusmodi, vel iudicatur melius melius bonum, iuste remittitur comminatio sine vitio perjurii, supra, Iuramentum. s. 12.

M I S S A .

1 M^lista, in qua offert facilius mediatoris à solo sacerdote ritē cōcérato potest dici, de sum. trin. c. i. s. vna & bene disposito, s. communicare. s. i. Et dicitur secundum Vgo. de sancto Vito, quasi transmīta à populo ad Deū, per ministru sacerdotē.

2 Missa dici potest incipiēdo in aurora, vñque ad horam nonam, secundum Thom. 3. par. quest. 8. inchoatam; propter tamen aliquam necessitatē, potest aliquatenus anticipari, & tardari, maximē in labato sacerdo, propter ordinationes, & in hoc maximē conseruando celestia modernarē attendenda est, & contracere est mortale, quia sit contra generālē conseruētū ecclesiā, que seruari debet, secundum quod in diuersis locis diuerla est. Qui tamen ante auroram celebraret, credens esse auroram, vel habet super hoc priuilegū, ut episcopi, secundum glo. in cap. vi. de priu. lib. fepto, & fratres prædicatores olim cōgragationis Lombardie, cum licetia suorum prælatorum, non peccare mortaliiter, vel in nocte. Natūratiū Domini, vt in cap. nocte, de conie. distinc. i. in qua nocte vna tantū dici potest, ca. eo soliūt. de celebra. miss. Tho. supra. 3. par. a. 2. Pet. de Pal. in 4. sentent. Communīcari omni hora, dici, dummodo quo sit ieiunus ā medīo nocte, non ieiunior prohibitum, licet in manu sit hora congruentia. Neque bis in die, nisi cum quis celebret.

3 Dicere missam antequā quis matutinus dixerit, secundū Veruer. mortale est, quia contra generalē, & approbatā ecclesiā confutendum sit, c. in his. ii. d.

potest tamen dici sine mortali, propter scandalum vitādū, vel alia ex rationabilē causa. Ante primam autem potest dici, quia hac non est consuetudo, vt prima dicatur ante missam, ino in aliquibus ecclēsīs ante primam dicuntur missæ, & quia aliquod statutū de hoc nō est, id est consuetudinē standū videatur, quæ contraria huic non appetit.

4 In ecclēsī ordinariē celebrare licet, in aliis autem locis cum licetia. In mari autem, vel in fluvio, nunquam, etiam ob necessitatē licet, ubi probabilitati metur de famulis effusione, secundum Arch. flor. Sub dio propter necessitatē licet celebrare, potius quam missam perdere: quia eo calu Papa dat licetiam. c. cōcedimus de cond. i. Et quicunque celebrat, vel celebrare facit diuinā, praterquā in casib⁹ in iure permisīs, ei ipso facto est interdictus ecclēsī ingressus. c. episcoporum, de priu. in fepto, Idem si in locis à iure, vel ab homine iudice prohibitis, eodem cap. Quomodo fratres prædicatores super hoc habent priuilegium, suprā Altare. s. 4.

5 In missa priuata, sufficiet habere vnum, qui respondeat, & minister. ar. in cap. proposuit. de fi. presb., & Panor. in c. quicquid, de vit. & honest. cler. non tamen debet esse mulier, quia ministriare nō potest, nec incenſum circa altare deferre, c. sacratav. d. 2. & c. vestimenta. de confit. d. i. In missa vero iōlēni plures debet adesse, per can. hoc quoque. de confit. d. i. & Tho. 3. par. quest. 8. a. 3. ad v. Et ubi us dicit plures debere interesse, nunc per conseruātiōnē confutendum, secundum Pet. de Pal. abrogatum est.

L 5

6. Celebrans debet habere clementiam, amictum, albam, cingulum, manipuli, stolam, calicem, quia omnia exceptis calcementis debet esse benedicta, secundum communionem opinionem. Debet etiam habere igneum, si de celo misericordie calicem cum patenam, de quo supra, Calix, s. i. cum altari lapideo, supra, Altare, s. i. cum corporali, & tobiali, seu mappis, que ad minus debet esse duas, secundum Arch. flor. & Pe. de Pal. Rosel. dicit quod sufficiat habere unam longam, que posset pliari, & corporale, & debent esse de lino simplici, vel cannabae, supra, Corporale, s. i. cum missali, hostia, azyma, vino, & aqua de qua minus debet poni, quam de viuo, ut in cerniciofus, de celebra. missi, supra, Eucaristia, s. ii. sine praedictis celebratis, secundum communiter doceatur, & dicit Arch. flor. peccat mortaliter, quando sciret facit: & potius debet non celebrare, etiā si sit dies festus. Si tamē celebrat sine prædictis, non efficit irregulare, ut dicit Rich. 4. senten. d. i. cum non sit cautum in iure. Sine calcamentis celebrare sine contemptu, & ex eo, quod nō habentur, non videtur mortale, cum non reperiatur. Bona vbi cœteri est, post sunt esse loci calcamentorum. Quomodo prædicta debet mandata esse, s. Corporale, s. i. Sine missali celebrare, videtur mortale, quia celebratis exponit se pericolo errandi in canone. Cœderit Ar. flor. & Ang. ver. missa, s. 37.

7. Celebratis capite cooperato sine rationabilis causa, grauitate peccat, propter eum nullus episcopus, de conf. d. i. vbi presumptuose contrahentes priuantur communionem, quod non fieret sine

grauitate peccato. Et quid legitur? Euangelium, omnes debent crederi ita, capite discooperito, per caput, auctoritate apostolica, dicitur. Angel. in versi. missa, s. 8. tener quod mortaliter peccant propter illud verbum, præsumptuosus capite cooperato celebrantes sine rationabili causa, quod fatus recte diuīnum videtur.

8. Omittens aliquid notabilitates de his qui dicenda sunt, ut Euangelium, epistolam, canones, & humiliodi, mortaliter peccat, secundum communiter doceatur. Si scienter hoc faciat, & maxime si aliquid veibum de consecratione aduertetur dimittit, quod si inaduertetur dimittit, & postmodum aduertitur, cum locum in quo debet dicere pertransiuit, & sine nota replicare non potest: ut si post dictum collecta, recolit de Gloria in excelsum, non debet replicare, nisi essent verba consecrationis necessariae, sine quibus consecratio nequam fieret.

9. Si sacerdos post incipiā missam deficat, sine rationabili causa, mortaliter peccat, alias non, per dictum, nullus de con. d. i. & can. nihil, q. i. Cœcordat Sil. ver. missa, s. 4.

Post sumptionem sacramenti, sacerdos debet os, calicem, & digitos vino ablucere, nisi si aliam missam celebraturus, c. ex parte, de cele. miss. & Tho. s. a. 7. ad. 10.

10. Si sacerdos inchoata missa deficiat, ita ut non possit completere ante consecrationem, non oportet per alium suppliri, secundum Tho. supra, ar. vlt. ad. i. potest tamen suppliri, & est securus, si sacerdos est ieiunus. Si defecit post incipiētiū canonis, ante consecrationem, & securus vbi dimisit, ibi incipiat: & si ignoratus

tatur, incipiatur a principio canonis: quod si deficit post quam incipit consecrare hostiam, & non finiuī formā cōsecrationis, incipiat ibi. Qui pridie, & dicit totā formā super eandem materiam, id est hostia, vel aliam accipiat, prima remota, siue si ieiunus, siue non, quando non adest sacerdos ieiunus, quia precepti de perfectione sacramenti maius est, quam de ieiunio. Si deficit post cōsecrationem hostia, & ante consecrationem sanguinis, aliis incipit vbi dimisit super eandem hostiam, quod melius est, quod si deficit dum consecrabitur vinum, & non complevit consecrationem, potest accipere alium calicem preparatum, & facere sicut dictum est de hostia. Si vero deficit post consecrationem corporis, & sanguinis completā, incipiat vbi dimisit si securus, sed si nescitur, incipiat ibi. Hac quoties, &c. Si deficit post sumptionem corporis, calice nō sumpto, accipiat aliam hostiam, & aliud calicem preparatum feruato priori calice cum reliquis, & incipiat ibi. Teigi. 14. tur, &c. Et post assumptionem sacramenti, antequam perfusione sumat, recipiat quod feruati est. Si autem deficit post sumptionem totius, non est necesse suppleri per alium, ex Tho. supra, & 4. sent. d. 8. q. 2. ar. 4. quol. 2. & in cap. nihil, q. i. Hac à sacerdotibus bene aduertenda sunt, ut veniente casu non erretur.

12. Existens manus, & temerariē nō perficiens incemptam missam, est excommunicatus minori excommunicatione, per dictum c. nihil, & secundum Arc. ibi intelliguntur de minori, quia in d. canon. nullus episcopus, de conf. d. i.

ponitur in isto casu pena minoris excommunicationis, nō autem si de ecclesia fugeret, propter periculum mortis, vt si videtur ecclesia rueret, vel huiusmodi.

13. Si sacerdos post consecrationem recordatur se non esse ieiunum, vel esse in mortalibus, de quo non est confessus, vel esse excommunicatum, debet nihilominus completere sacramentum, mediane te contritione. Si autem hoc ante consecrationem accidat, incipiat missam deferat, si fine canalo potest, secundum Thom. supra (sic) Petrus de Palu. dicit, quod non debet deferere propter peccatum non confessum, quia sufficiat in hoc casu contritione) maximē quando est excommunicatus, vel nō ieiunus (quoniam bona, dicit quod rū erā potest profecti: etiam si meminit se esse irregularē) nec in hoc in excommunicatione celebrando efficitur irregularis, quia nō adest presumptuari. in c. cleri. & clatores. de cleri. excommunicati. Multa enim fieri permittuntur ad vitanda scandala.

cam,

Si mutua, vel aliquid non venenosum, nec laesiuū, aut provocatum vomitus, post consecrationem reperiatur in calice, debet capi, & diligenter lauari, post ciburi, & ablutione simul cū cineribus in sacrarium ponit. Si verò sit venenosum, vel (ut dictum est) laesiuū nullo modo debet sumi, neque dari, ne calix vietate vertatur in morte, sed debet feruari in aliquo vasculo, cū reliquis, & ne sacramentum remaneat imperfectum, iterum ponatur viuū in calice, & incipiatur à consecratione fungamini. Tamen si corpus iam sumpusisset, aliam accipiat hostiam, consecretur

- eam, & totum perficiat sacramētum. Tho. suprā, ad 3.
- 15 Si sacerdos post consecratio-
nem hostie, aduerit quod non
poiuī vinum in calice, vel aquā,
debet statim apponere, & confe-
crae. Si vero post consecratio-
nem calicis aduerit, quod non
apposuit aquam, procedat, quia
apposuit aquę, nō est de necessi-
tate sacramēti, nullo modo de-
bet aquam in sanguine appone-
re, quia sequeretur aliqua corrū-
ptio circa sacramentum. Si verò
percipit quod in calice non fuit
positū vinū, sed līquorū, vel hu-
iūsmodi, & iam dixit verba con-
secrationis sanguinis, nō tamē
sumpsit effusio illo liquore, viñū
& aquam ponat, & consecrat, vt
dicitur est. Si autem hoc percipit
post sumptionem, debet accipere
aliam hostiam, & viñū, vt suprā,
& consecrare omnia, & lumen,
nō obstante quod aquam sumpse-
rit, vt seruerat debitus ordo per-
ficiōis sacramenti, secundum 19
Thom. suprā, ad 4. licet aliter di-
cant quidam, hæc tamē opinio
S. Tho. probabilior est.
- 26 Si aduerit quando sumit ca-
licem, quod est aqua, antequam
degliuat, debet expuere in ca-
lice, & extra particula hostiae
de aqua, aqua reponat in sacra-
rio, & accipiendo aliam hostiam
in hilumonius sumat sanguinē, ne
calix remaneat inassimilatus, fe-
cūdū Rosel. ver. Eucharistia. §. 3.
- Si post affumptionem hostie,
& ante affumptionē calicis, per-
cipit hostiam non fuisse conve-
nientem, secundum communi-
ter doct. non obstante, quod non
sit ieiunus, accipiat alia hostiam
debita, & incipiat ibi, Dominus
Iesus qui pridie quā, &c. v/q;
ad Simili modo, &c. & postea
aliis omisiis, sumat eam, & inde
profecatur vbi dimisit, vt citā.
d. Ange. verific. missa §. 15. & hæc
opinio melior est, vt sacramen-
tum sit perfectum.
- Si sacerdos post consecratio-
nem non recolit se dixisse ver-
ba cōsecrationis, vel alia nec-
cessaria ad hoc sacramētū, secundum
Tho. suprā, ad 5. propter hoc non debet mente con-
turbari, quia multa dicuntur, quo-
rum memoria non remanet, &
- 17 Si ante consecrationē aduer-

pet non esse hostiā, vt quia à vēto
est raptā, vel quia nō est triticea
vel quia est marcida, & tunc ea
reiecit aliam accipiat, & sequa-
tur vbi dimisit, secundū Tho.
& Arch. flor. secundum autē Per.
de Pal. & Ric. reincipiat a cano-
ne. Quod si aliam bonam habe-
re non potest, tūc deferat, quia
non potest sic perficere sacramē-
tum. Nam sacramēta perficē-
tio necessaria est.

Si percipit defectū hostiā post
sumptionem sanguinis, secundū
Arch. flor. & mentē S. Tho. ruris
ponat nouum panem & viñū, &
iterū consecrat, incipiendū a Te
igitur. Vel secundū alios, à Qui
pridie. si tamē hoc percipit ante
datā benedictionem, quia si post
percipit, non est perficere,
sed iterare, secundū Arc. flor. Si vo-
rō non potest aliā hostiā habere,
nihilominus sumat sanguinē, ne
calix remaneat inassimilatus, fe-
cūdū Rosel. ver. Eucharistia. §. 3.

Si post affumptionem hostie,
& ante affumptionē calicis, per-
cipit hostiam non fuisse conve-
nientem, secundum communi-
ter doct. non obstante, quod non
sit ieiunus, accipiat alia hostiam
debita, & incipiat ibi, Dominus
Iesus qui pridie quā, &c. v/q;
ad Simili modo, &c. & postea
aliis omisiis, sumat eam, & inde
profecatur vbi dimisit, vt citā.
d. Ange. verific. missa §. 15. & hæc
opinio melior est, vt sacramen-
tum sit perfectum.

Si sacerdos post consecratio-
nem non recolit se dixisse ver-
ba cōsecrationis, vel alia nec-
cessaria ad hoc sacramētū, secundum
Tho. suprā, ad 5. non tamē pro-
auraritia, vel adulatioñe, sed vel
pro comunicando infirmis, quan-
do aliter fieri nō potest, vel quā-
do occurrit subito sepieliendus,
qui secundum cōsuetudinem, nō
est sine misericordia, tunc
potest dicere sacerdos snam mis-
ericordiam pro ieiunis, alteram pro defun-
ctis, quādō aliter commode fieri
non potest (hoc tamē hodie am-
plius nō feruntur) vel quando in

præsertim si est confutus dice-
re bene considerate. Si vero cer-
tificari se omisisti aliquod de 23
necessariis, vt sunt formæ, refu-
mat à formā cōsecrationis, & se-
quatur cetera, vt dictū est, in de-
fectu materiali, ne mutetur ordo
sacrificij. Sed propter alia dimis-
sa non necessaria, non credo esse
reasumendum, ne mutetur ordo
sacrificij, sed esse proquendū
missam secundum ordinem.

21 Si hostia consecrata caderet in
calice aliquo casu, oī quod sa-
cerdos non potest debito ordine
perficere, & procedere, nō pro-
pter hoc debet iterare cum alia
hostiā, sed prosequi cū illamet, 24
quia hoc nō est de necessitate ta-
cramēti, sed in significacione.
ex S. Tho. §. ad 6. Ideo prosequa-
tur vñq; in finem celebrationem.

22 Si sanguis per negligētiam,
vel aliam causam effundatur, vel
euomatur, vel hostia consecrata
marcescat, vel aliter pereat, ex 25
causa sacerdotis, quid sit agendum
vide de cons. dist. c. ex decreto.
& casi per negligētiam, d. 2. &
S. Tho. suprā, ad vlt. Hi autem ex
quotum negligētia hac accidit,
mortaliter peccant, quoniam in
re excellentissima, diligētissi-
mam curā habere tenent. Quod
si animal, quod comedit hostiam
consecratam, potest capi, imme-
diat exenteretur, & accepta ho-
stia, reponatur in honesto loco,
donec naturaliter cōsumatur, &
nullo modo comburatur, quia ef-
set inimicæ sacrilegiū, nec proi-
ciatur in piscinam; animal autē
comburatur, cuius cincras ponit
in piscinam, quia quandiu sunt
ibi species panis, est ibi verum
Christi corpus, cui summa rever-
entia debet exhiberi. Et si al-
iquis esset ieiunus, & vellit illud

suntire, effet laudandus, vt dicit
Pet. de Palu.

Si affumptus sanguine, rema-
neat particula hostie in fundo
calicis, apponatur digitus, & tra-
hatur ad labium calicis, & sic tu-
matur, vel apponatur vinum, &
similis cum eo tumatur, primū
tamen est melius. Si autem adha-
reat palato, resumatur vinum, &
cum eo deglutiatur, vel cum di-
gistro remouatur; primū tamen
est honestius. Frācio, & figura,
non etiam nocent cōsecrationi,
propter tamē scandalum plebis,
debet esse hostia non fracta, &
rotunda.

Si vinum congeletur in calice
ante consecrationem, debet li-
quefieri si potest, & sic confe-
ri, vt sit adū potabile, si autem
congelatum conseruat, erit cō-
fecratum; quia nō differt ab alio
nō congelato specie, sed tantum
qualitate.

Misam celebrare licet tārum
semel in die regulariter, plures
tamen aliquando, secundū Tho.
c. part. qd. §. 3. a. 2. vt in natiuitate
domini dicatur tres milia, qua-
rum una tantum ante aurora di-
ci potest. Post autē simul omnes
tres possunt dici, de cele. miss. c.
soluita. Aliquando licet plures
celebrare propter necessitatem.
de cele. miss. c. 1. & 2. & secundū
Tho. suprā, ad 5. non tamē pro-
auraritia, vel adulatioñe, sed vel
pro comunicando infirmis, quan-
do occurrit subito sepieliendus,
qui secundum cōsuetudinem, nō
est sine misericordia, tunc
potest dicere sacerdos snam mis-
ericordiam pro ieiunis, alteram pro defun-
ctis, quādō aliter commode fieri
non potest (hoc tamē hodie am-
plius nō feruntur) vel quando in
die

die festo peregrini adsumt, volentes audire missam, & aliter fieri non potest, vel propter benedictionem nuptiarum, vbi co*sum*etur est sine missa non benedicere, vel quando quis haberet duas ecclesiastis commendatas, vel vnam commendatas, & aliam inititulatas, & propter paupertatem non potest habere vicarium, vel aliter suppleri: quia quilibet populus vult missam in sua ecclesia: vt in capit. i. 21. questio. i. & cap. duum. de electio. vel quando comedim occurrunt due missae dicenda, vt una de festo, alia de feria, & non adest alius sacerdos potens suppleri, vel quando aliqua magna persona, vt episcopus, comes, & huiusmodi, qui frequent missam quotidie audire, adesset. Idem dicendum de aliis, etiam non magnis, quando in die festo venient, & tenentur audire missam, & aliter fieri non potest. In dictis ergo casibus, potest sacerdos bis celebrare, & non plus: & quod si ie*u*nus, id est, quod non accepit ablationem, neque purificationem solitam recipi.

26 Si quis communicant in aliquo die, & superuenient periculum de perditione hostis conferrat, si sit ie*u*nus, potest illam sumere, argu*in* capit. tribus. de conf. d. 2. reliquias autem potest sacerdos etiam post ablationem sumere, quia non possunt faciliter ferari, & ex eo quod in una celebratione inconvenient. hoc fit, etiam post ablationem immediat^e reputatur ie*u*nus: per ea que nota*in* cap. olim. el primo, de restitu*spolia in glof*fa**. Item quia praeceptum de ie*u*nio est propter reuerentiam sacramenti, sed recipiendo reliquias, ne

perdurantur, est maior reuerentia, quam sic relinqueret, igitur est licetum. Nō autem sic de eo, quod non celebrando comunicari, quia post ablationem non potest reliquias sumere, & qui semel celebrauit, licet post ablationem post reliquias sumere (vt diximus) nō tamen iterum celebrare, vel alii ho*stiam* conseru*at* sumere, quia ritus eccl^ese solueretur.

27 Non quilibet sacerdos omni die tenetur celebrare, per capit. quotidie de consecrat*is* distinc*t*. 2. qui tamquam curiam animarum gerunt, tenentur saltē in festis de praecepto celebrare, vel celebrari facere, vt satisfaciant populos argumenti capituli primi, de celeb*ratio* missa. An autem non legitimē impeditus, nonquam celebrans, maxime in solennitatibus, in quibus con*sum*erunt deuoti comunicare, mortaliter peccat, supra, vers*icu* communio. 5. 14. Vide Thom. 3; par. questio. 82. a. vi*lta*. & 4. senten*ti* distinc*t*. 13. q. 3. ar. 2. quo*l*.

28 Si quis instituitur in aliquo beneficio, vt quotidie celebret, non tenetur sic institutus ad quotidianē celebrandū, secundum Par*normi*. in capit. significatum de proband*e*, & capit. consulust*i*. de celeb*ratio* miss*is*, sed debet intelligi, quod celebret quanto frequentius potest, salua sua honestate, & debita devotione sacramenti. Similiter die si instituereatur ad dictum peculiarem missam, vt de mortuis, vel aliter, & hoc quotidie, hoc non obstante, potest, & debet celebrare de feria, quando occurrit. per capit. quidam de celeb*ratio* missa. Secus quando instituitur, vt quotidie celebret in tali capella, quia tenetur vel ipse celebrare, vel sup-

plere per alium, si potest, aliter obligati*on*, & promissione non (vt debet) satificat.

29 Quilibet tenetur omni festo de praecepto audire missam, si potest, nisi magna necessitas eum excusat, capit*u* missas. de con*d*. 1. & capit*u* omnes fideles. Et hoc de praecepto eccl*e*se: nisi tales effici*nt* excommunicati, interdicti, vel legitimē impediti. Aliis autem diebus non tenentur, non obstante capit*u* solet, de consecratio*distinc*t**. 1. & capit*u* de pri*u*ilegi*o*, in 6. quia non obligant ad praeceptum, sed hortantur ex honestate.

30 Legitimē impedita, sunt in particulari, vt elicitor ab Arc*to*, & aliis do*go*, custodia infirmorum, qui sine periculo notabilē relinquunt non possunt, ipsa infirmitas, ob quam infirmus sine periculo exire non potest, custodia puerorum, qui sine periculo relinquunt non possunt, arduum negotium, quod effert relinquendū proper auditio*n* praeceptum audire, missas officiales, castellani, seruiores dominorum, & seruitries. Domini & consiliarii, qui urgentibus causis tempore missarum occupati, pueri nubiles, quando prohibentur a parentibus, quos etiam rationabilis causa in hoc excusat, vt si propter honestatem, vel confunditatem, vel periculum hoc faciant. Videlicet ei*u* si per aliquot dies secundum laudabilem consuetudinem in domo clau*is* maneat, secus quando hoc fieret per mens. Coniuge*z*, quia fine virorum scandalo ire non possunt, vel turbatione familie, si non parent prandium, & huiusmodi. Debent tamen domini, & parenti*z*, seruis, & ancillis suis, dare

tempus eundi ad missam quantum possunt. Itinerantes si comodē nō possunt audire, vt quia societas noluit exceptare, vel na*vis* voluit recedere, & huiusmodi: & solus eundo erat in periculo, vel propter latrones, vel propter expensas, quas a locis habebat, vel huiusmodi. Mulieres etiam paupercula, non habentes unde decenter vestiuntur, & que exentes ad missam se deridentur: & breviter, quoties quis missam dimittit, ppter aliquod, quod rationabile iudicatur, secundum rectum iudicium, remoto contemptu, excusat*ur* a mortali*te*: Ut sunt custodes portarum, rerum, domus, & huiusmodi, qui libenter irent ad missam, nisi praedita obstante. Reliqui autem omnes vi*ta* rationis habentes, tenentur si sciunt, vel comodē scire poterunt hoc praeceptum, secundum Pet. de Pal. In huiusmodi discretus confessio audito penitente iudicabit.

31 Tota missa a principio usque ad benedictionem debet audi*r*, in dicto capit*u* missas, & quia modicum pro*ni*ble reputatur, cetera uera, de consecratio*distinc*t**, aideo qui modicum dimitteret, ut in iudicium, vel huiusmodi, vel quia occupatur quis in mysteriis missarum, non agit contra praeceptum: secus si dimittit partem notabilē, secundum Archi*to*, & vt efficit euangelium, vel tertia pars missarum, & huiusmodi. Neque necesse est auribus propriis audire verba, licet sit bene fa*ctum*, sed sufficiat praesentem ibi esse, & vacare pro illo tempore his, quae dicuntur, quia sic intendit eccl*e*sa: & quod non se occupet in aliis pro tunc. Nec necesse est, quod audiatur in propria parochia,

chia, vel alia ecclesia, sed ubi-
que audiatur satisfit. Similiter
satisfacit siue quis audiatur mis-
sa, qua debetur de eo, de quo
sit officium, dicitur, ut est arg. in c.
quidam laicorum, de celeb. missis,
& ibi Pan. sive audiatur aliam. L. i. 34
cer quidam teneant oppositum,
& male, quia d.c. missas, & capit.
quidam non loquuntur de neces-
itate de propria missa, sed de
congruitate. Et Panor. etiam ibi
in dicto cap. quidam. & Arch. flo-
redit, quod non tenetur, & si for-
tē contra prædicta effet aliquod
ius, per contrarium consuetudini-
us abrogatum est.

32. Missa de sancto aliquo, ita pro-
dest defunctis, ad se de mortuis 35
diceretur, quo ad sacrificium, quo
autem ad orationes, magis pro-
dest ea, quae pro defunctis effe-
tent huic defuncti facit fatus ma-
ior deuotio, vel affectio eius, qui
missam de sancto celebrat, secun-
dum Tho. 4. sentent. d. 45. q. 6. a. 3.
quol. i.ad 5. Vnde non est bene fa-
cium relinquere missas ordinaria-
rias, quido debent dici, pro mis-
sis mortuorum.

33. Si sacerdos est celebratur^o pro
aliquo, vel aliquibus, dummodo
non fecerit promissionem alicui
de merito totius illius missæ, &
superuenient alius, vel plures, ro-
gantes celebrari, pro animabus
fuerum defunctorum, potest o-
mnes acceptare, & valet pro o-
mnibus. secundum deuotionem of-
ferentium. Nam offerentes elec- 36
mosynam, & rogantes offerri, di-
citur offerre & ipsi sacrificium,
& in hoc sensu potest intelligi c.
non mediocriter de cons. distin-
s. Debet ergo sacerdos esse can-
tus, ut nulli promittat speciali-
ter, sed dicat, rogabo pro eo, &c. 37
Hoc secundum mentem Sil. ver.

missa, primo circa fin. Idem vi-
detur sentire sum. Ang. ver. mis-
sa, f. 52, quo ad meritum speciale.

Quomodo missa concubinarii
non posset audiiri, suprad. Cleri-
cus, s. i. s.

34. Missa boni sacerdotis orantis
etiam in persona ecclesie, ut eius
instrumentum, plus valet quam
malis ad impetrandum gratianum,
quanto enim melius est instru-
mentum, tanto opus melius effi-
citur. Quo autem ad sacramen-
tum equalis est, licet aliqui di-
cant contrarium. Primum tamen
est secundum Tho. 4. sent. dist. 12.
q. n. a. i. q. 5. & ratio qua hic addu-
cit est optima.

Si sacerdos tribus oscillatim
promiscit celebrare vñ missam,
& postea non celebrat, nisi vñam
pro illis tribus, secundum Pe. de
Pal. non satisfacit: potest tamen
secundum eum, & Arch. floren-
tii multis modis excusari. Et primò
propter impossibilitatem cele-
brandi, ut quia oportet ipsum ce-
lebrare secundum intentionem
prælati. Secundò propter confu-
tudinem, & maximè si talis sit
consuetudinem. Tertiò si in aliis
suffragiis satisfacit, vel si habe-
ret tantum affectum ad quemlibet
tribus, sicut ad vñ tenetur
habere, vel sequendo superiorum
opinione. Et si promisit celebra-
re in uno loco, vel de spiritu an-
geli, vel alteri, & non facit, insfe-
liter agit, & non satisfacit.

Sacerdotes, qui sunt de aliquo
collegio, debent celebrare secun-
dum intentionem presidentis, qui
est dispensator onerum, & com-
modorum, & potest dare licentia
alicui, ut celebret pro aliquo
amicu suo, ex rationabili causa.
Qui celebrat, ut Deus aliquo
perdat, mortaliter peccat, arg. in
c. quic.

c. quicunque. 26. g. 5. nec nocet il-
li hoc sacramentum, cum de natu-
ra eius sit profecte, vt est ar. i. q.
i. c. si autem Deus. Posset tamen
excusari a mortali, si talis effet
inimicus reipu vel talis, cui tale
malum iustè posset impetrare, &
non faceret lucre vindicta, sed
pro iustitia, vel communii bono
seruando.

35. Missa non debet dici, nisi pro
his, qui sunt membra Christi, vt
pro viuis & mortuis in charitate
existentibus, c. viii. de conse. d.
1. & Tho. 3. par. q. 79. a. 6. ad 2. alijs
autem non prodeficit. Pro his qui
sunt in gloria, celebratur ad ho-
norem, & gloriam eorum, vel pro
solatione viuorum.

39. Audiens missam de praecerto,
non potest simul dicere aliquam
aliam orationem, vt officium, ad
quod tenetur sub praecerto, quia
cum sint duas obligationes, duo
tempora distincta requirunt. su-
prā. Fefum. 6. ii.

40. Religiosi precipit in eis, cle-
religiosi de priu. n. dicant ver-
ba inimicaria, vel falsa, & ne
laicos à frequentia ecclesiasticarum
suarum prælatorum, vel acceſsu
retrahant, sub intermissione
tristis, sicut ad vñ tenetur
habere, vel sequendo superiorum
opinione. Et si promisit celebra-
re in uno loco, vel de spiritu an-
geli, vel alteri, & non facit, insfe-
liter agit, & non satisfacit.

Sacerdotes, qui sunt de aliquo
collegio, debent celebrare secun-
dum intentionem presidentis, qui
est dispensator onerum, & com-
modorum, & potest dare licentia
alicui, ut celebret pro aliquo
amicu suo, ex rationabili causa.
Qui celebrat, ut Deus aliquo
perdat, mortaliter peccat, arg. in
c. quic.

Miserabilis pñsona sunt, qua-
per le non possunt causam
promouere, c. i. de pofta, & sunt
secundum Panor. in cap. licept. de
censi. cacci. pauperes, pupilli, vi-
duæ, & morbo laborantes, qui pos-
sunt ab ecclesia auxilium imple-
rare, quando nimis in collectis

grauantur, in e. significatiibus de
offi. dele. & ibi Pan. Excusantur
autē h̄i a muneribus personali-
bus secundum eundē Pa. in d. ca.
licet, non autē a realibus ordina-
riis, nisi principes velint ea re-
mittere. C. de vac. mu. & de mun.
pat. quafī per tou. Pro miserabi-
li persona constitutis in sacris po-
test aduocare, etiā in foro secula-
ri. Ab. in c. i. de postu. Facit quod
not. in c. ex tenore, de foro comp.

Moderamē inculpatū tute-
M le est, quando id fit, quo
omissio iniuria repellit nō potest,
non enim impunitur alicui quod
facit, si aliter se defendere non
poterat, & iniuriā repellere.
I. sc̄tiām. s. quod cum aliter. ff.
ad leg. Aquil. quod considerabitur
ad arbitrium boni viri, pen-
satis circumstantiis, scilicet mo-
dum, qui est circa qualitatē ar-
morum. Non enim debet resistere
cum armis, si sine armis inua-
ditur, vel si venit eum pugno, nō
debet baculo recuperari, vnde po-
test talibus vii, quia sufficiunt ad
repellendum, & non plus. Con-
siderandum est etiam moderamen
in cursu temporis, vt quando
do inauditur persona, antequam
quis percūtatur, potest inconti-
nenti inaudientem percūtere, vt
euāda percusionem, & iniuriā,
& magis dicunt repellere iniu-
riā quam inferre, & intelligitur
glo. in l. ex. plagi. s. tabernariis.
ff. ad legem Aquil. & Bart. ibi. Si
autem iniuria iam est facta, non
est licitū percūtere etiam inconti-
nenti, quia nō est defensio, sed
vindicta, quæ non est permissa
singulis, sed iudicis, nisi timere-
tur geminata percusio, secun-
dum Inn. in colim. de refit. fol.
Si vero violētia rebus infertur,

debet repellere incontinentem, licet iam sit facta iniuria, quia hoc non est vindicta, sed defensio. Item consideranda est causa, ut scilicet sit ad defensionem, & non ad vitionem: & hoc defensio manuatis, quia naturalis est, per aliquam legem, vel iudicem, tolli non potest. Secus de ea, quia est de legge positiva aliquatenus, ut sic, vel sic appellare.

MOLLITIES.

Mollities, quia est idem quod peccatum pollutionis contra naturam voluntarie, sive fiat instrumento, sive cum instrumento proprio, vel alieno, mortalis est, sicut & ipsa pollutio, de qua. Pollutione per totum. Est & mollities alia opposita reverentia, quia homo adeo est dedicatus delectationibus, ut non solu-
t-
a contristabitur, verum etiam a tolleribus delectatione abducatur, ut viam virtutis deferat, & quia contra rationem, ideo peccatum est.

MONACHVS.

Monachū differunt a cōurer-
fis, & oblatis, secundū Pa.
in c. non est de reg. qui cōuerſi sunt, qui offerunt se, & sua, mu-
tando habitu, & profitendo, laici
tamen sunt, quia non promouen-
tur ad ordines. Oblati vero sunt,
qui se, & sua offerunt monaſte-
rio, habitu non mutant. Et secun-
dū gl. in c. v. lex. 27. q. l. isti cō-
uerſi, & oblati, magis aſtriguntur
monasteri, quam monachi;
quia etiam cauſa auctioris reli-
gionis, non potunt ad alia mo-
naſteria tranſire, quanvis à ſupe-
riore licentiam petant, quia effi-
ciantur quā ſcri monasteri. Monachū vero hodie ſunt pro-
prii, qui habitum mutant, profi-
tentur, & ad ordines promouen-
tū, 16. q. i. in multis capitulis.

MONACHVS.

2. Monachorum nomine, in materia odiosa, non veniunt alijs religiosi, ut patet in cle. de stat. mo. vbi textus poſtquam excommunicavit monachos, subiungit, aut canonicos regulares, quod fructu fuſſet appofitū, si nomine monachorum venirent omnes religiosi. Pan. verò in c. ex parte, de poſtu, dicit, quod constituto emanans relēctu religiosis, li-
cer loquatur de monachis, ad omnes tamen religiosos extendi-
tur, niſi poſit diversitatis ratio assignari: & hoc in omni mate-
ria. Primum tamē videtur melius, quia ibi non appetat ſpecialis ra-
tio diſcreti, & tamē nomine monachorum noſt includuntur ea
nomini regulares, &c.
3. Licet ordo monachorū ſit ar-
tioris obſeruantia, quam cano-
norum regulari, ut dicit Tho.
secunda ſecunda. q. 189. a. 8. ad 2.
tamen ſi monachī effent laici, li-
cer eis tranſire ad ordinem ca-
nonicorum talium, & non econtra. cap. mandamus. 19. q. 3. &
d. cap. mandamus. Quomodo re-
gulariter poſtini tranſire. j. Re-
ligio. §. 14.
4. Monachus non potest fieri ca-
nonicus ecclie ſecularis. ca. in
noua. 16. q. 7. extra, de elect. cap.
cum cauſam. Idem dic de religio-
to, per allegata.
5. Monachus, vel religiosus, non
potunt promouerat aliquid be-
neſciuum, vel dignitatem ecclie
ſecularis, niſi ſit episcopalis,
secundū Pa. in c. quod Dei. de
stat. mo. neque ad canoniceatum,
vel ad aliud ſimplē beneficium
in ecclie.

MONACHVS.

6. In ecclie collegiata c. ſuper eo,
de regu, nec in hoc epifcopus po-
test diſpenſare, ſecundū Car.
In ecclie autem noſt collegiata,
ſecundū Panor. poſtēt eligi, ut
ſit propofitus, non autem ſecun-
dū Hoft. niſi diſpenſatiū. Si
autem ecclie ſit cum cura, po-
tent religiosus de iure communi
promoueri, ut communiter tene-
tur, ſecundū Hoftien. loan. An.
& Calab. epifcopo ſine diſpenſa-
tione, & hoc ſequitur Feli. in cō-
ſilio ip. Domini tamē de rota,
tenem quod requiratur diſpenſa-
tio, vide nichilominus text. cum
glo. in c. parochia. 16. q. i. & tex. in
d. cap. quod Dei. qui dicit, quod
monachī poſtini promoueri, ex
quo videtur quod non indigent
diſpenſatione.
7. Monachus non potest habere
curam animalium in ecclie vbi
monachī collegialiter habitant,
ſecundū Panormit. in cap. 1. de
capel. monaſ. ſed debet epifcopus
capellānū iſtituere, qui po-
pulum de conſilio monachorum
regat.
8. Monachus non licet locum ha-
bere in diuersis monaſteriis, c. fi-
de reli. domi. niſi vnum monaſte-
rium ſit ſub alio, nec potest pra-
fici in diuersis monaſteriis, nec
pluribus ecclieſis curam anima-
lum habentibus, niſi vnu ex alto
pendeat. li. 6. de præb. c. cum fin-
gula. vbi ponit pena committen-
tibus monachū prædicti, &
alias administratioſes conſuetas
non eiſiſdem monaſteri.
9. Monachus, vel religiosus de-
putatus alicui ecclie, tenetur
ad ſubſtantia ſua regule, ut
ad tria vota, ad deferendum ha-
bitu, etiā ſi ſit epifcopus. nec de-
bet portare rochetum. c. clerici.
de vit. & ho. cle. & tenetur abſti-
10. nere ab eſi carnium, ſicut ante,
niſi diſpenſetur, ſecundū Gof.
allegantem ca. queſquis. d. 41. Ab
alijs autem que officium ſum
impediti, abſoluitur, non autem
ab hiſ, que non impediti, immo
magis iuuant, non abſoluitur, &
ſic intelligitur. cap. monachum.
20. q. i. & ca. nemo. 16. q. i. quando
verò, & quomodo exmatitur ab
obedientia abbatis, vide c. vni.
cū. 19. q. i. & ca. parochia. 16. q. i. &
c. ſane. ca. viſis. 16. q. 2. Vide Tab.
ver. monachus. 5. 5.
11. Si talis diſpenſatione indiget,
ad illū recurrit, ſub cuius iuri-
ditione ecclie ſua ſubiecta eſt,
ſue ſit abbas, ſue epifcopus, vel
Papa, quanquam ſi ſit exempta,
& ipſe ſecum poterit diſpenſare,
ſicut alijs prælati exemplorum: ut
dicunt quidam rationabiliter, &
eligeri ſibi confeſſorem.
12. Monachis multa prohibetur.
in cle. ne in agro dominico, de
ſta. mo. & in ca. ad monaſterium,
de ſta. mo. & ca. in ſingulis. Vide
ibi, ſi opus eſt, & funt decem, vi-
delicet, deferre habitum, ſecun-
dū formam. omni menſe con-
fiteri. & eucharistiā. Tuſcipere.
exponatur regula ab aliquo, &
non vii camifis. feruare ſilentiu-
certis horis, & locis. facere capi-
tula triennia. & interdicit aur-
cupatio, & venatio. non ire ad cu-
rias mandatur. non tenere arma.
non comedere carnes. infiſa, Re-
ligio. §. 12. Thom. q. 9. a. 4. Multa
alia prohibentur eis in ſua regu-
la, & ordinationibus ſuis, que
videntur effent.
13. Monachus comeſt dñis carnes,
non peccat mortaliſter, niſi pro-
pter præceptum, vel contemptū,
licet dicatur in canone, quod in-
carceretur, quia intelligitur de
monacho conutaci, vel inobe-

dienti, in frā, Religio, s.12. Vide Sanct. Thom. secunda secundū. quæst. 186.a.9. vbi rationem horum scribit.

12. Ex contractu monachi, cui cōmīsa est administratio, tenet abbas, & monasterium, in quantum se extendit administratio, secundum Innocent. aliter non: nec ipse monachus teneret, qui nihil habet: tamen omnis actio per monachum acquisita, etiam si sit fugitus, ad monasterium pertinet, si de acquirent. posseſſ. l. i. Quia quicquid acquirit monachus, monasterio acquirit, fibi autem nihil, cum proprium habere nequeat.

13. Abbas, nec monasterium, teneat pro furto res depositatae alicui monacho, nisi abbas fuisse in causa, ut quia videt, & potuit facile prohibere, & noluit: vt credit Inn. Dicit tamen Hoff. quod licet abbas videat res auferri, & non prohibeat, licet pectet, non tamen credit ipsum, vel monasterium teneri, ex quo fuerunt penes personam monachic., id. de depo. & hoc credo verius, nisi fuisse talis persona, que hoc prohibere debuerit.

14. Monasterium nō tenetur pro delicto monachii, vel abbatis, nisi pro quanto verius est in eius vtilitatem, secundum Inno. & Hoff.

15. Si monacho relinquit aliquid concurredum in vīsum pauperum, quod licitum est, de testa, c.2.lib.6. vel pro vīsu vestimentorum, vel librorum, vel huiusmodi, valet, abbatē conscientiē, aliter non. & si relinquit ut administret, prout fibi placet, tanguam res propria, non poterit habere, etiam de licentia Patria, per d.c. ad monasterium, quod si abbas nolit cōsentire ad susci-

piendum dictam administratio- nem, relictum non valet, & remanebit apud grauatum. i.vnica, C.de cadu.tol. Abbas autem poterit auferre talcm vīumfructū, in quo tenuit legatum, a mona- chō, per c.a.2. de stat.mo. Cautelā autē eius, qui vult qđ monachus habeat vīumfructū, estet, si sic di- cerat: lego talcm vīumfructū talis rei, donec & quoqđ molestabitur per suum abbatem, quo casu nolo amplius, qđ habeat, fe- cūdum Pa.de Cast. ff.ad Treb.s. tres hæredes..l. Lucius. Quomo- do bona ingredientium religio- nem pertineant ad monasteriu. J. Religio, g.17.21. & 22. Quid fiendum de bonis relictis illis reli- giofis, qui nihil habere possunt, vide athen. ingreſſi. C.de sacro fane, ecclē.

M O N A S T E R I V M.

1. Monasterium nō potest no- Mua confutitudine grauari feriutio, vel honore, nisi à patrono in principio, de episcopi consensu sint imposita: non tanē in dote necessaria, sed in alijs à dote, c.scientes, de censi.

2. Monasteria frequentans mo- nialium, si sit clericus, sine causa manifesta, & rationabilē, post ad monitionem depositur, & fecula- lis excommunicatur. ca.monas- teria, vi. & hon. ele. Monas- teria in quibus sunt maſculi, & fo- mina, que dicuntur dupla, licita non sunt, vt no. in c. disſiniuimus. & c. in decima.18.q.2.

M O N E T A .

Moneta. ſ. Falsaria, per to-

MONOPOLIVM. Onopoliū est singularis negotiatio in ciuitate, & dannatur. C.de monopo- l. i.vnica. Vnde non licet mercato- ribus

M O R A .

ribus concordare inter ſe, vt o- mines vno prelio vendant, & non minori aliquis vendere posſit: neque licet, vt vnu ſolus ſit ven- ditor, vel empator, & contrarium facientes peccant mortaliter, p- per pœnā exiliū, & exploitationis omnium bonorū appofitam. Insuper quia hoc eft contra iu- ſitiam, & bonus Reipu. Icirco tales effent penitus extermi- nati ē ciuitatibus.

M O R A .

Moram incurrit quis, quādo non facit quod facere tenetur, & eo tempore, vt non. in e. vt. de loca. Et quando dies ap- poſita eft obligationis, nō requi- ritur monito, vt quis conſtitua- tur in mora, in d.c. vt, quia dies pro homine interpellat. Si dies non ſit apōſita, requiritur mo- nitio, ſecundum Pa. in c.licet he- li, de ſimo, & de accu.c.2. quāna glo, in d.c.licet heli, dicit quod pecuniarū admisione eft de honestate, non de necessitate, in- fra, s.2. Obligatio. ſ.5.

2. Morosus tenetur ad reſtitu- tionem dñi emergentem ex tali mo- ipa ipſi creditori, & lucri ceſſan- ti. Et non, quod non dicetur eſe in mora, qui potest ſe tueri legitima exceptione, per regulam, non eft in mora, de reg. iur. lib.6. Ignorantia autē quando quis re- tenetur, & impoſibilitas, excu- ſant à morositate, per l. quod te- ff. de reb.cre. & quando non ſuit monitus, ſecundum Lud.de Ro.

3. Mora purgatur ex celeri ſolu- tione, ante hæcām requisitionē, vt non. in d.c. vt. Not. quod mora, & culpa aquaruntur, nisi in ho- quod mora eft purgabilita, ſeruum. ff. de verb. oblig.

4. Mora ſua vniuersit, ſemper eft ſociū: propterea ſi qui eft in

M O R T V V S .

549 mora reſtituendi aliquid, & caſu etiam fortuito pereat, nocet mo- roſo, niſi clariſſit, quod eodem modo apud dominum perifſer. per l. ſi. ſ.1. ff. ad legē Rhodiām, de iact. Si autem dubium eft, nō liberatur debitor, qui inter re- tatio fit contra eum.l. cū res. ff. de lega.t. ſ. ff.

5. Si debitor fuit in mora ſoluen- di, & poſteea creditor in mora re- cipiēdi, vel eſcōra, vltima mora nocet.l. debitor. ff. de vſur. & fru.

6. Mora ſemel committita purgari non potest, quando dies p̄fig- tur à lege, vel canone, p̄mā im- ponente, vt dicit 10. And. in regu- la, mora, in 6. de re. iur. quia p̄e- na ſemel committita, non purgatur, & ſic intellige iura dicentia moram nō purgari. de elec. in cun- diis, niſi in eodem canone caue- tur, quod mora poſit purgari, & p̄mā vitari, & ita iura cōtraria, que videntur velle, quod purga- ri poſit, vt in c.1.d.18. & d.100. c. quoniā. & de ſup. neg. prela. c. literas, intelliguntur.

M O R T V V S .

Mortuū ſpoliare, peccatum nem. l. ſ.3. de ſepul.vio. quia ſpo- liatores mortuorum, latronibus comparantur. 4.libr. Ethicorum.

2. Mori pro ſalute proximi, quādo ad eft articolus necessitat̄, quilibet tenetur eſſe paratus, qđ ad hoc cogit charitas, ſupra, Ep̄i- scopus. ſ.3. & 4.

3. Non eft peccatum petere à mo- riente, ut poſt mortem veniat, & de ſuo ſtatu informet, ſecundum Tho. quol.3.q.9.arti.2. ſecundum tamē diuinum iudicium. Eſſet tamē peccatum, ſi hoc procede- ret ex dubitatione fidei, vel ex alia iniusta cauſa. Magis enim ſcripturis facit, quam mortuis

credere tenemur, ut ex Euangelio Luc. c. 16. colligitur.

- 4 Exponere se mortis periculo pro salute persona, per quam ecclesia, vel Respubl. sustentatrix, laudabile est, secundum Tho. secunda secundae q. 32. a. 6. Et nullus est à morte eripendus, contra iura, secundum Tho. secunda secundae q. 10. a. 12. ad 2.

5 Mors illata etiam pro criminiibus, auferit totam penam peccati, vel parrem, secundum quantitatem culpæ, & patientie, & cōtritionis, si patienter toleretur, nō autem sic de morte naturali, per quam nō purgatur quis à peccatis aequalibus, secundum Tho. secunda secundæ q. 16. 4. a. 1. ad 6. licet quidam oppositū teneant, & male, quia in naturalibus, neque meremur, neque demercur, ut sic, Scotus autem in 4. ten. d. 21. dicit, p. si voluntari acceptetur, est sufficiens pena pro venialibus.

6 Iste dicuntur esse in articulo mortis, videlicet laborans febre continua, obfusus ybi machine iacintur, obfusus ab hostibus, volentibus eum occidere, naufragatus per loca periculosa, itiparus per loca infidiosa, atque confessus, vel breviter status cuiuslibet, arbitrio hominum penitentia debitis circumstantiis, indicantis talē esse in mortis articulo, & hac est generalis regula, quia posse quis indicari esse in articulo mortis, vt possit absoluī, &c.

MORTVARIA.

Mortuaria, suprā, Esequiae per totum.

M V L I E R.

M Vier, suprā, Femina, per totum.

MVRMVRATIO.

MVRmVRatio est quod dā quæ-
rela cum impunitia, in

his, quo homo debet patienter ferre, ut dicit quedam glossa, super illud Sapiæ. 1. Causidote vos a murmuratione. Et cōmittitur aliquando contra Deum, quando displaceat alicui, quod nō det prosperitatem, vel mitat tribulationem, vel quod non regat mundum modo nostro. Est etiam contra homines, quod scilicet quis conqueritur de re iusta, vel iniusta, sed non debito modo, vel nō apud eum, cuius interest prouidere: & licet communiter sit peccatum ventale, est tamen quandoque mortale, vt si ex ipsa fiat contra aliquod preceptum, vel proper fealdum, vel huicmodi. De pena murmurationis, vide ea iustus. d. 90. Hoc vitium coincidit cum derelacione, quāvis murmurationis nomine, minus significetur, vt dicit Caie.

MVTILARE.

MVTilar, se, vel alium, est illicitum, secundum Tho. secunda secunda: quas. 65. a. 1. & peccatum ex se mortale, quia notabiliter nocumentum inferit sibi, vel proximo, quod est contra charitatem: nisi fiat proper sanitatem totius corporis, secundum artem medicinæ, vel per plurimam potestatem, proper bonum commune. Mutilare autem est membris inutile redire, vel truncare, suprā, Corpore vitatus. s. 1. Quomodo inducatur propter hoc irregularitas, suprā, irregularitas. s. 1. & s. 5. & Corpore vitatus. s. 2.

M V T U V M.

M Vtu est, quod de meo fit tuum, si. cert. pet. a. 2. & cōsilit in his, quo menfurantur, & pōderantur, in d. 1. a. Ex hoc sequitur, quod si res mutuata pereat, etiam casu fortuito, pericu-

lum manet apud eū, qui mutuo accepit. l. incendium. C. si cert. pet. Res enim si pereat, perit illi, cuius est. Secus quando configurat pecuniam in burza, tunc nō est mutuum, sed depositum. si. si cert. pet. l. si ab initio.

2 Habet pecuniam sibi pro aliquo tempore inutilem, mortaliter peccatum, si nō mutuat indigenitatem, secundum Sto. in 4. quia facit cōtra preceptum naturæ, & Christi. Lue. 6. Intellige tamen primò, quod sititus de rehabendo tempore opportuno. Secundò, in indigentia citra necessitatem, vel decentiam. Si autem esset extrema necessitas, debet cōmodare, etiam quod non est utus de rebabendo. Si cōntra tenetur tunc subuenire, multo magis mutuare, suprā, Eleemosyna s. 3. Vide infra, Vtura, quādono non licet, per totum.

NAVRAGIVM.

1 Apientes res de naufragio, siue in mari, siue in litorie, siue in aqua, mortaliter peccatum, quia contra iustitiam agunt, & proximum notabiliter offendunt in bonis, & tenetur restituere. l. si quis ex naufragio, si. de incēd. ruin. & naufrag. nec aliqua confuetudo existare, quin sit furtum. si. de acquir. re. do. l. quia ratione. in si. Et si talis sit prælatus, vel clericus, debet deponi. ea. dilecti. el. 1. de acc. si. latens, debet excommunicari, si non restituit, vel est excommunicatus, de rapt. cap. excommunicatio. suprā, Excōmunicatio p. 8. Intellegit de spoliatis eis, qui ex iusta causa naufragi, fecerunt de patris, & hostibus fideli, qui nominis Christiano inimicantur. C. de furti. in authen. naufragi.

2 Rapiens de naufragio rem sua tim peritaram, vt saeculari, vel huiusmodi, quæ sine illo nō fuisset salua, si sine quoconque vita periculo hoc facit, tenetur restituere, quoniam ad hoc agendum charitas fraterna illum virgebatur. debet tamen habere laboris futurū. Si vero caput cum qualicunque vita periculo, & paternus alter non erat habiturus, quia periret, non tenetur restituere, quia cum tali periculo nō tenebatur suffragari domino. Si autem patronus alia via verisimiliter erat habiturus, licet mortis periculo se exposuerit, restituet, & laboris sui mercedem accipiet, ad arbitrium bonæ viri. In illo enim casu non habebatur prodere. l. Si autem fieret statū, vt rapientes de naufragio tātum larentur, tenebret: quia sit in fauorem naufragantium, & rapientes tunc debebent habere mercedem taxatam. Si quis autem prodicat iacta in mari, vel sponte, vel per naufragium, inueniat a calū, tenetur restituere, nisi habentur proderelicti, secundum glo. in cap. cum dilecti. de accul.

NECROMANTIA.

N Ecromantia, quæ importat diuinationem per dæmonem repreäsentante mortuorū perीnas, mortale peccatum est, quia ibi cōdemoni invocatio, & societas, quæ sine mortali esse non potest, suprā, Incantatio. s. 1. infra, Supersticio. s. 3.

NEGIGENTIA.

N Egigentia in opere extremitate, vel interiori, potest esse mortale peccatum, vel quia negligit opus necessarium ad salutem, vel confessio, vel humiliatio, vel contemnitus opus bonum, & sic voluntas cadit a charitate.

Exitate, quia contemptus & bique damnabilis est: alia communiter est veniale, Arch. flor. in 2. parte, t. i. c. 3. in si. videtur velle, quod negligientia, quae est ex coniunctu dine, ita mortalitatis, ut puma habens confutendum non dicitur officium horis debitis, quem non sunt de pracepto. Hoc tamen verum esse non teneo, quia licet coniunctu duto aggraves, non tamen quod est ex le veniale, facit mortale. Posset tamen hoc dictum esse verum, accipiendo confutendum pro contemptu. Et si ita accipit idem Arch. verum dicit.

N E G O T I A T I O .

Negotiatione, quo ali nomine mercantia dicuntur, multis modis est peccatum. Primo ex mortali fine, vel proper aurariam, vel alio fine, qui si fit mortalitatis ipsa erit mortalitas. Secundo, ex persona, vt si a clericis, vel religiosis exercetur. Clericus, §. 10. & 16. Terzio, si fiat debitus festis, exceptis nundinis, supradie, vel festi, §. 15. Est enim opus seruire, quod interdicunt die festo. Quartro, ex loco inhoneo, cap. in omnibus, d. 8. Neque in ecclesia debet quis negotiari, 16. quafft. 8. ca. & hoc diximus, alioquin mortale est. De immo. eccl. cap. domum decet, in 6. nisi magna necessitas excusat, vel honor Dei, aut subuentio cultus Dei, ut debent facere videntes candelas in ecclesia, qui non debent principaliter lucrum intendere, sed fecundario, alter non possunt. Quinto, si dolosè exercetur cum mendacis, & periuariis. Sexto, si est Reip. damno, ut faciunt monopoliones, vel a lucru queratur immoderatum. Septimo, si negotiorum cum habente malam conscientiam scien-

ter: tenetur enim tunc quam ci-
tius potest, soluere tale societas
item. Si vero non potest, protele-
tur, quod de illicitis lucris non
vult se intronittere. ar. d. 83. ca.
error. & in predictis modis non
est necessaria restitutio, sed tan-
tum de cōsilio: nisi vbi interne-
nit iniustitia in venditione, vel
emptione, vel quando quis fuit
causa, quod pretium nimis cre-
ceret, emendo totū, vt carius ven-
deret, secundum Rodo. tunc tenet
laesā, quia ipsi dede causa
damni dati iniuste. Concord. Sil.
in sursum, ver. negotiorum, q. 1.

Licitus est affecurare merces, vt si saluz veniant affecurās cer-
tū quid luceret, vt quin: pro
centenario: si autem perirent, to-
tam merce soluat, secundum Are.
flor. nec obstat, ca. nauiganti, de
vī, quia hic nō est aliquod mū-
tuum, vt no. Joan. Cal. sed hoc fit
tantū ratione periculi. Idem po-
test fieri affecurare pecunias,
quas quis portat, vel quas mu-
tar quis latet, quod rehabebit. Idem
dīc in saluo conductu per-
fōne, hoc potest fieri cum lucro,
dummodo seruerat promissum.
Vīra. §. 8. nec est lucrum illici-
tum, nec turpe, cūm ad aliquem
bonum finem ordinetur.

De lucro quod sit, quādo ali-
qui exponunt se fortuna, dicen-
tes, quid vis ponere, quid cras
piuet, vel talis infra mētem mo-
rietur, & de alis in quibus tantū
est vanitas: idoneo non est leatum
lucrum, quia non ordinatur ad
utilitatem proximi, sicut pradi-
cta affecurato, sed tantū est hic
vanitas, idea illiciū: non tamen
tenetur quis ad restitutioinem ex
hoc, sicut de turpi lucro, quod
de consilio debet dari pauperi-
bus. An autem licet affecurare
mercatoris

mercatori illum, qui ponit pecu-
nias sua crī salua, & quod lucra-
bitur quinq: pro centenario, vel
huiusmodi, infra, Vīra. §. 8. Sil.
ver. Negotiorum, quāft. 4.

N E M E S I S .

Nemesis, id est, tristitia, quā
homo habet de alieno bo-
no temporali, quia talis indignus
est hoc habere, ut puma, est malus
homo, & est diues, vel bene for-
tunatus: quando se extendit ad
arguendam Dei prouidentiam,
tanquam iniuste distribuentem
bona temporalia, est peccatum
morbale, vel si homo proper ta-
lam tristitiam ita afficitur, vt ve-
lit malos imitaris homines, mor-
bale est. Tristari autem de huius-
modi aliquatris, semper tamen
cum Dei reverentia, non videtur
peccatum, sed licet, sicut de ali-
quo monstrō tristari, supradie, Inui-
dia, per totum, & præsertim si
proper aliquā bonum finē fiat.

N O M I N A T I M .

Nominatione dicuntur, quando
nalicuius proprium nomen
exprimitur, vel quando ita cir-
cumstantiae individuulas exprim-
untur, vt dubiū non sit, de quo
dicatur, vt si quis tacito nomine
proprio, dicat filiu primogeni-
tum Petri de Petro, &c. vel Pe-
trū cum suis fautoribus, de quib-
us fautoribus constat notoriū,
vel cum dicatur talēm villā, cum
hominiū illiū, omnes de qui-
bus constat notoriū esse de tali
villa, dicuntur nominatim. Vide
Inno. in ca. Lateranensi, de pre-
ben. & Pan. ibi, qui initio con-
cordare glo. in cl. s. de vi. & ho-
cle. & glo. in ca. confititionem:
de sententia excommunicati in 6. &
in pīnis requiruntur circumlocu-
tiones valde strictā, non autem

scit in favorabilibus, in quibus
larga fit interpretatio.

N O T A R I V S .

Notariorum peccata sunt, si
non seruant iuramenta per
eos facta, si falsa conciūt in-
strumenta in toto, vel in parte, si
reprobāt acta licita, si occulat,
vel lacerant instrumenta proto-
cola. Hos de mortali, in prædi-
ctis excusare nescio, nisi secundū
quod ignorantia, vel deceptio
eorum posset aliquo modo eos
excusare, vel quando errant in
aliquo modo sine malitia, nec
sunt magnae importunitate, infra,
Tabello, per totum; Concord.
Caiet, in summa.

N O T O R I U M .

Notorium aliquādo dicitur
iuris, vt cum quis iuridicē
est condemnatus, vel confessus
in iudicio, vel legitime conuictus,
cap. yestra, de coha. cle. Ali-
quando dicitur facti, vt cum po-
plus est testis, & non est locus
disimilandi, c. tua. de coha. cle.
nece requiritur quod omes de vil-
la sciāt, sed sufficit quod sine
decem graues, & honesta perso-
na, quia decem homines faciunt
populum, ro. q. c. vno, secundū
glo. Ray. Aliquando dicitur noto-
riū facti permanentis, vt quā-
do quis publicē tenet concubina-
nam in domo. Aliquando dicitur
notoriū facti transiuntis, vt quia
occidit hominem publicē. Ali-
quando dicitur notoriū facti
præsumpti, vt cum quis tenetur
communicare pro filio talis virtus,
vel affine, & huiusmodi.

a. Notoriū iurius, quandoque exi-
git contra negantē probationē.
cap. sicut de lēt. & re iu. In no-
torio facti non requiritur ordo
iuris, qui alias effet obseruād.
cap. ad nostram, el. 2. de iur. iurā.

Faci verò euidentia nō indiget accusatione,c.euidētia. de accu.
3 Licer duo testes non sufficiat ad caudandum notorium, requiriuntur tamē , & sufficiūt ad probandum, secundum Pa,in d. cap. vestra.de cohabiti.cle. In notorio iuriis prāsumpto , secundum Pa, in d.c.vestra. iuriis ordo seruandus est. In notorio ante facti, non requiritur nisi scientia, & ciatio. Imo si constat, quod nulla defensio posuit competere, ciatatio no est uecteflaria , & sic intelligit cap.olim.de re iudi. & cap.venerabilis.de elect.

NOVITIUS.

Nouitus quilibet porest esse, qui est rationis capax, & pubes, & qui porest esse religiosus.c. per totum.20.q.1. & c. cum sumus de regu, nec potest quis esse nouitus proprii, nisi post 14.annum in masculo, & 12. in feminina, in c.ad nostram. & c. significatum de regu, quia ante illud tempus nō potest experiri quod sit castitas, nec malitia, etate post se suppone. in dicit. cap. ad nostram. Quid si ante hoc tempus ipso contentiente offeratur a parentibus, secundum Dir.lib.a. non poterit exire ante legitimam etatem, ad similitudinem carnalis matrimonij, cap.de illis, de spon. impub. & si propria autoritate intrat in pubes, a parentibus, vel tutoribus ante annum, & diem poterit extrahi, capit. puer.21. quistio.2. non autem si ipsi confessetur tacite vel expresse, c.ad didicis,20. q.2. Si autem in annis pubertatis, fucrit ingreflus, extrahi non poterit, secundum glo, in d.c.puerilla.

2 Nouitus datur vñ annus probationis regulariter, ca. ad apostolicam.de regula. Porest tanē

ante hoc tempus profiteri interueniente cōsenfū nouitij, & monasterij, & tenet professio, licet male faciant pralati, si sine magna dilectione, & causa hoe faciant, in d. ca. ad apostolicam, & quia aliquibus videtur prohibatum, ne ad professionem rekipiant ante 18. annum, in ea, quia in insulis, de regu, ideo quia hoc non est multum clarum, que sint insule rigide, melius crediderim standum fore laudabili confutudini, licet Petr. de Pal. illam decrealem in insulis esse reuocata diecas, ve Arc.fllo.in.3. par.1. 16.c.9.1. adducit, quod tandem claru non est. Mendicantes non possunt recipere quenquam ad professionē ante annum cōpletum probationis, de reg. lib. 6.c. non solum, & c. constitutionem. Moniales autem ordinis predicatorū nō arctantur ad hoc, tum quia non sunt mendicantes, tum quia cap. loquitur in masculino genere, videlicet fratres, tum quare, ut dicit Tabib.9.4. habet priuilegium Cle.4. in bullia, que incipit, ex tenore vt possint ante annu profiteri diuīmō fuit pueres, & nō sint in insulis. In id concurrit Sil.ver. Religio.3. §.3.

3 Professio facta in quacunque religione ante annum, pubertatis, non valet, in d.c.ad noctram, facta autē in ordine mendicantium post annum pubertatis, & ante annum probationis, nō obligat illi religioni in particulari professio, sed in communī, in d. cap. non solum, & recipientes sic mortaliter peccant, & puniuntur pena gravioris culpe, & am plus non possunt aliquę ad professionem recipere, per dicti. cap. non solum. Si tamen durante tali suspensione alium recipient, non

non efficerent irregulares, secundum Gem. in d. cap. non solum, quia receptio ad professio-nem non est actus attributus certo ordinis, vt possit inducere irregularitatem.

4 Abbatibus etiam prohibetur receptio ad professionem ante annum probationis, tamē si profiteantur, tenet professio, quia ea. in insulis, quanvis prohibeat, non tamē dicit quod talis non sit astrictus, sicut dicitur in dict. cap. non solum.

5 Clemens 4. in bulla qua incipit, Ex tenore determinauit, ut supra diximus, quod moniales predicatorum possunt profiteri ante annum probationis, & post annum pubertatis, in insulis autem post annū 17. Furiosis autem, & amantes, & qui non sunt dolii capaces, durate ita impedimento profiteri non possunt, & annus probationis in feminina debet incipere post complectū annum 12. in masculo post 14. In furiosis autem, vel eo, qui nō est capax dolii post cessionem talis impedimenti. Illo enim tempore non potest experiri religionem.

6 Nouitus semper porest exire sine aliqua pena in c. postulatio de regu, nisi si professus tacite, vel expresse, c. statuimus. de reg.

7 Nouitus efficitur professus tacitus, secundum Pan, in ca. vi-dua, de regu. si sponte te ingerit, & scienter actibus, qui tantum professio cōuenienti de iure, vel confuetudine, & scit hoc tantum illis cōuenire, & quod per tri-duum in eodem proposito perseuerat, stando cum habitu professorum indistincte in forma, & scissura, vel colore. Secundo, secundum Innoc. & d. Anto. defendo habitum professorū, sciē-

quod talis habitus solum conuenit professis, & quod ex tali de-latione de iure, vel confuetudine inducitur professio tacita, & quod habitus sit distinctus, & q sponte faciat, & quod detur ei ab eo, qui potest cum incorporare religioni, aut ipso cōsentientie accipiat, secundum Panormit. in d. cap. vidua, cum perleuerantia tridui. Tertio modo per de-lationem habitus, qui non distin-guitur ab habitu nouitiori, nisi benedictione, scientibus, & consentientibus illis, quorū interest incorporare. Vide tamen C.I.e. eos. de regn. & Panorm. in cap. ex parte. Quomodo autem inducatur professio tacita, quando quis intrat cum animo mutandi vitam, infra, Votum.9.18. an ad seculum redire quēat.

8 Professio tacita facta ante vel infra annum probationis, non obligat sic professum illi religio-ni, sicut si fuisse expresa, per d.c. constitutionē, sed obligat in communī. Illam tamen religio-nem obligat ipsi tacite professio, ita, vt non potest ab ea expelli, si non vult, alter nō efficit religio-nis iste, si nullus est religio tene-reur, & possit contrahere ma-trimonium, cuius cōtrarium dicit tex. in c. vniaco. de voto. lib. 6. Si tame habuit animum obligādi de religioni. Nam si non inten-debat se obligare, votum non fuit.

9 In ordine mendicantium pro-fessus expresse infra annum, si non intendebat se obligare, nisi illi religioni, quam professus est nō tenetur neq; illi, neque aliis, sed liberē potest redire ad seculum. Si autem intendebat faltem in communī se obligare religio-ni, non poterit ad seculum redi-

restamē si contrahat, tenebit matrimonium. Si verò tacitē proficitur, in ordine dīctō, obligatur religiōni, & si contrahat nō tenet matrimonium: quia tacita profic̄io non prohibetur, sicut exp̄ia, in d.c. non solum, & c. ii constitutionē, in religione mendicantium. & hac est ratio diuerū statis.

10 Diferens habitum professōris, vbi habitus distinctus est, cū protestatione, quā dō ab hoc non idit proficeri, quia itē actus potest fieri, & animo proficeri, & animo probādi, talis protestatio iuuat: secundum loan. Andr. vt alleg. Ge. in c.t. de reg. & Pa. c. ex parte de reg. Vbi autē habitus non eſt distinctus, non est necessaria talis protestatio. Pan. in c. postulati de regu. nisi quā do portaret vltra annum.

Socrates vouet intrare religionem, & habet animi perseuerandi, non tamen vouet perseuerare. Si ingrediatur, & excat, quia non sibi placet ex aliqua causa satisfecit. Similiter si vovit, ut experiretur, non pōt ex viſque ad probationē aliter idem est, ac si non venissem, quia qui non stetit, non venisse dicitur: & si inueni religione sibi grata, habentem ea, que quarebat per probationem, & refutat illā, ex sola libertate, non satisfacit. sed mortaliter peccat, quia ex voto intelligitur se obligasse ad probandum bona fide, & non fide: ideo si probādo omnia grata inueniat, tenebit proficeri, & perpetuo remanere. Qui verò vovit religiōnē eſt, tenet non solum intrare, sed etiam proficeri: quia nisi per professionem, non potest esse religiosus: nisi aliter in intentione haberet, ad quam

in foro animz est recurrentum. Concordat Tho. & Caiet. secunda feconde, q.vit.a.4. Et si voul intrare, & exire, peccat, quia de re mala promittit, nec votum huiusmodi tenet.

11 Abbas sine cōſilio capituli sui non potest aliquem ad professionem recipere, secundum Pan. in c. ad apostolicam. de regulari, qui hoc est aliquid pricipiū, quod fieri non debet fine confilio capituli, vt dicitur in reguli monachorum, nisi aliter habeat consuetudo, quix primū est iniicienda, vt dicit tex. in c. fi. de regula. libro ſexto. Episcopus autē potest recipere ad professionē, & erit vere religiosus, licet non intret monasterium, secundum Innocen. alleg. c. vi. vir. 27q.2. ſecus de aliis prelatis inferioribus Oppositus videtur tenere Pan. Vide tamen Ge. in dīctō ca. conſtitutionē, & cōclude quōd ſi uere episcopus, ſive alius habens authoritatem incorporandi, recipiat aliquem ad professionem, nomine alicuius monasterij ſibi ſubiecti, alicuius approbatæ religionis, cum cōtentu maioris partis illius monasterij, tenet proficio, & eſt verē religiosus, & ſic habet intelligi. Ge. Secus autem ſi aliter fiat, niſi confirmit ſecondum regulam, vel ordinaciones per ſedem apostolicam obſtent, approbatæ, qua in huiusmodi, & in aliis ſeruari debent.

12 Annus probationis debet eſſe continuus ſecundum Panormit. cap. ad apostolicam, de regulari, quia interruptio temporis minuit de auſteritate reguli. Ideo nouitius, per interpellationem non potest auſteritatem reguli experiri, ſi tamē per annū continuum

tinuum expertus fuifset, & exiē poſte reuerteretur, nō effet neceſſe de nouo illum probare.

13 Nouitius debet deferre habitum illius religionis, quā vult proſifteri, & in monasterio, ſecondum Tancr. cum quo tenet gloriosi caput. ſuper eo. de regula, & ita habet conſuetudo: & de latio habitus extra monasterium, nūquā tacitam induceret profesionem, in dīctā clementina, eos.

14 Nouitius quando vult proficeri, non eſt neceſſe quōd feruerit certam formam verborum, quā quadam religiones habent, ſecondum Panormi. in cap. porreſtūm. de regulā. ne aliqua feriatura eſt neceſſaria, quia profesio in Deum dirigitur. Potest etiam fieri per procuratorem, cum quilibet actus per procuratorem poſit fieri, niſi excipiatur. l.prima. v. ſuſi. ff. de procuratōrib. Cum ergo itē actus non excipiatur, potest fieri. Facit regula, potest quis. in 6. de regulis uris.

15 Qui vult intrare religionem aliquam, etiam minorum, non tenet renunciare ſeculo, niſi quando vult proficeri, per diū capitu. non ſolum, licet in regula fratum minorum dicatur pricipiendo, quōd dicant voluntibus intrare religionem eorum, quōd vendant omnia bona ſua, & ea ſtudent pauperibus errogare: quia haec verba debent intelligi poſt annum probationis, & ante profesionem, ne fint haec verba contraria verbi dicti capitoni ſolum. Ideo illa verba ſunt magis exhortatoria quam praceptiva.

16 Volens ingredi religionē aliquam, ſi in ipso ingressu, vel an-

te, eidem donet omnia bona ſua, ſi non profitetur tacitē, vel exp̄reſſe rehabebit omnia, ſecondum Pan. in cap. quōd à te. de cleri. coniug. quia tunc in dubio videatur donatio cauſa mortis, quia ceſſante, non profitendo reuocatur. Idem ſi profesio nō te-neat, licet credere terere, ſecondum Barto. C. de facroſan. eccl. authen. ingrefsi, ſicut relinquent omnia bona Titio, credes eſſe filium ſuum, reperto quōd nō ſi filius, auferuntur ab eo, & venuint ſuccedentes ab infeſtato. in l. ſi pater. C. de hæc. inſtit. Si verò non donauit omnia, ſed aliqua, nō rehabebit, quia videatur donauit cauſa ingressus, & ſic debet intelligi Pan. & Hoftien. in d.c. statuimus, qui videtur di cere oportūm. Eſt cap. confitu-tionē, & cap. beneficium. de regu. in 6. Si verò ſciebat profesio nem non tenere, non rehabebit, quo ad iuriſ præſumptionem in dubio, præſumitur enim tūc abſolute donaſſe: ſed in cōſcientia, quando potest fieri quōd ſolum donauit cauſa ingressus, & non propter aliud, recuperabit, quia ſemper videtur donauit cauſa mortis: & hoc eſt ſatis ex quā ſunt rehabeat.

17 Bona nouitij non profesio ta-citē, vel exp̄reſſe, morientis, do-nata ſimpliſter monasterio, re-manebunt ibi poſt mortem eius. Si verò exp̄reſſe non cōculit, vel ante mortem exp̄reſſe collata re-uocauit, ſuccedent proximiores ab infeſtato, ſecundum Pan. in c. praefentia. de probat. & ſic intel-ligendi ſunt Cy. & alij doc. in d.c. authen. ingrefsi. & do. Ant. in d.c. praefentia. de probat. & Bart. in authen. ſi qua mulier. C. de fa-croſan. & eccl.

Nouitij non tenentur ad pracepta religionis, plusquam alij secularis, nec possunt puniri pena perpetui carcenis, etiā quod delinquendo incurritur si essent profecti, secundum Gemini d.e. non solum, quia sic non essent liberi posse reuertari ad seculū: nec possunt eligi in praeatum, c.nullus de elec.libr.6.nes ordinari, etiam ad primam tonsuram, c.in monasteriis. 19.q.3. neque beneficium eorū si habet, infra annum probationis vacat, nisi confite ipsum habere animus murandi vitam, nec eo inuitio potest alteri conferri, sed per aliū seruiet beneficio, c.beneficium.de regu. lib.6. de fructibus beneficij debita portio assignabitur seruienti beneficio, reliqua seruabitur in utilitate ecclie, secundū glo. in d.c. beneficium. & per c. quia sepe de elec.lib.6. Et si est canonicus nouitius, ad electionē episcopi non debet vocari, per d.c. beneficium. & Ioā. An.ibi. Secus in electione, que pertinet, nō intrare collegij, sed iure singulari: vt in iure patronatus. Nouitij gaudet priuilegio clericali, ita quod eos percutiēt est excommunicatio, suprā, excommunicatio. t.Eft c religiosē de priuili. li.6. Idē de conuersis approbat̄ religionis.

Nouitij intrantes religionem approbat̄ animo murandi vitam, perseuerandi, & seruienti Deo plenariam omnium peccatorum remissionem, si sunt bene contriti, consequuntur, secundū Thom. secunda secundū. quæst. vlti.a.3.ad 3. quia si eleemosynis potest statim satisfacere, multo magis, qui se totaliter offerit Deo per religionis ingressum. & in vītis patrum dicitur, quod intrantes religionem, con-

sequuntur eandem gratiam, quod & baptizati: vt allegat Thom. ibi suprā. Imò tenet aliis Bernar. in quodā serg. quilibet religiosus, quotiens de præteritis est bene contritus, existens in gratia, & est contentus de sua professione, & paratus si nō fecisset, quod faceret, & actu se totum Deo offert, semper plenarii consequitur indulgentiam, quia Deus p̄fāt voluntatem plusquam opus: ideo dū proficitur, & sum in mortali, si postmodum eos p̄nanteat, & actua liter cōfirmare votum suum modo dīo, cōsequuntur etiam indulgentiam propter eandem rationem. De hoc Tab.dubitat, & ad negatiūm magis videatur deelineare partem.

N V P T I A E.

Nvprie, suprā, Matrimonii. N.6.2. His autem, que ibi dicta sunt, adde, q.nuptiæ tria important, scilicet, sponorum benedictionem, sponse traductionem in dominum sponsi, & coniunctionem: & hæc tria dicuntur prohbita temporibus ibi suprā dīctis. Et quia p̄ne nō sunt extendendæ, ideo illis temporibus possunt matrimonia contrahiri per verba de presenti, & sponsalia, & qui credunt euadere peccatum facientes benedictionē in sabbato ante aduentū, vel septuagesimam, & in sequenti dominica facientes alia duo, scilicet traductiōnem, & coniunctionem, non euadunt transgressionē legis: magis enim hæc duo prohibentur, quād p̄missum, quod est quodā spirituale. Et scient contra hoc statutum facientes, peccant moraliter, quia cū publicē h̄a fiant, non videant fieri sine cōtempitu. Cōsummare autem matrimonii his temporibus non est mortale, vt suprā

suprā dixi, Matrimonii. s.6.3. sed tantum illa tria prohibetur. Vnde suprā, Matrimonii. s.6.4. Con cor. Caier. in summa ibi.

O B E D I E N T I A.

Obedire Deo in omnibus, quæ mandat, etiam quodā vi deantur esse contra legem naturalem, & cōformare voluntatem propriam diuinam, in his quo vult nos esse, inquit nobis innocentium, est de necessitate salutis, secundū Th. secunda secundū. q. 10. a.4. quoniam homo non teneat sur semper velle quod Deo vult: quia non vult ea nos velle.

Inferiores tenentur obediēre suis superioribus, secundū quodā sunt superiores, & qua circa actus interiores voluntatis, & intellectus directe, & circa naturā corporis, homo non habet superiorē nisi Deum, ideo in his nulli homini tenetur, quando tamē actus interior colligatur exteriori, tenetur obediēre, vt si præcipitur dici deuotē officiū, præcipitur cōsequenter attento, quæ est actus interior, & huiusmodi. Similiter licet homo non possit præcipere subditū, quod cōtrahat matrimonium, vel non contrahat, tamē quidā aliquis promittat vivere cāfelē, adinēdo sibi, quid erat naturale, potest cogi per superioris præceptū, & tenetur obediēre, & sic de aliis secundū Th. vbi suprā. Ita etiā circa cōmissionem, & matrimonii ecclie ordinat, & tenetur obediēre, licet non possit prohibere hac absolūte.

Religious prelati suis tenentur obediēre in omnibus, quæ ad regularem cōversationem pertinent, in his quæ sunt in corum regulā, aut ordinationibus expliciēt, in aliis autem licet nō tenen-

O B E D I E N T I A.

559

tur de necessitate, sed tantum de perfectione: in quibūd autem neque tenentur, neque debent, vt in his quæ sunt cōtra Dei præcepta, vel cōtra regulam, in quibus prælati difēnſare non possunt, ex S.Th. secunda secundū. suprā, quol.i. a.15. & quol.10. a.10. Etiam secundum Arch.fl.3. par. tit.16. c.1. s.6. & t.

4 Si mādat prælatus contra Dei præceptū sibi reuelari crimen occulatum, nō seruato ordine fraternali correctionis, vt suprā, Accusatio. s.7. Inquisitio. s.8. vel prater præceptū, vt dicere mēdaciū, vel verbū oris ūm. c. do minus. 2.q.3. non sibi obediendum est. Secundū si præcipiat contra ordinationes ecclie, vt quis cēlebre pro hæreticis, capi. si quis episcopus. 2. quæſtio. 3. Tertiō, si cōtra ordinationes ūx ecclie, vel contra regulam, aut constitutions præcipiat fine rationabilē causa, quia tunc nō potest dispeſare, non debet subditus obediēre. Si autem est dubius, obediāt argu. in c. quod culpat. 2. q.6. & iudicium superiori celiqnat. Quartō, licet prælatus nō possit auferre necessaria corporis, vt cibum, & vestimenta, & huiusmodi, potest tamen determinare de tempore, qualitate, & quātitate horū, in quibus subditus tenetur obediēre. Quintō, si præcipiat es, ad quæ ūta potestas non se extendit, vel fieri faciat maiores auctoritates quam ūta regula mādat, nisi hoc ei imponatur per modū penitentia, vel punitioſis delicti. vt no. Vgo. in cap. præfens. 2. quæſt. 3. non tenetur obediēre, laudabile tamen est vt obediāt, per ar. in cap. quid ergo. 2. quæſtio. 3. Sextō, si præcipiat aliquod habens speciem mali, vt feilicet se

nudet

OBEDIENTIA.

nudet coram aliis, & huicmodi,
quia videtur in honestum, non te-
netur obediens, secundum glo. in
capitu. non est. 2. questione. 3.
Septimò, si aliquod vanum præci-
piat, vt leuare festucam, vel hu-
icmodi, sine aliqua utilitate, nō
tenetur etiam capitu. admonere.
32. quæfio. 2.

5 Ad prælaturam tamen potest
subditus cogitari quid nō ha-
beat sufficiētscientiam, te-
cundum Pe. ar. Pa. 4. senten. dist.
19. q. & non peccat obediens. Se-
cū si sp̄tē hoc faceret, sicut de
coſefforibus à prælato expositis.
Ostād si præcipiat aliquid vbi
est mortis periculum, vt effet pe-
ſilenti feriuntur, non tenetur obe-
dire: quia in his, que ad naturā
corpis pertinet, omnes sumus
pares. Potest autem cogere ad or-
dines ſuſcipiendo, & confesſio-
nes audiēdas subditum, dummo-
do non adſit legitimum impedi-
mentum. infra, Ordo. s. 13. Hec
enim ad regularem conſervatio-
nem pertinet.

6 Si Papa qui superiorē non ha-
bet, mandaret aliquid iniſtum
continenſ, vel fapſis haren-
tium, vel continenſ peccatum, vel ex
quo p̄admetetur vñemētūr ec-
clesiam debere turbari, vel ali-
qua mala furia, non effet ei obe-
diendū, etiā ſi ſub p̄mā exco-
municationis præcipere, secundum
Pa. in c. inquisitioni. de ſen. ex. 6.
& c. ſi quidē de reſcripto. Si vero
mandat ſeculari non ſibi ſubie-
cto ratione ecclēſia, cauſa, vel
perſone, circa temporalia, vt quidē
det bona ſua alteri, cui non tene-
tur, non tenetur ei obediens, quia
in hoc non eſt ſubditus, ſecus
ſi circa spiritualia, ſecundū eun-
dem Pa. vbi ſup̄na. neq; religioſis
vitam arſiorē præcipere potest:

in regula, quod omnes tangit. in
6. Et ſi mandat, vt alii notoriē
indigno aſsignet certū benefi-
cium, in quo non potest diſpen-
ſare, non eſt ei parendū: ſecus
quod potest diſpensare, & con-
ſtat expreſſe de eius intentione,
ſecundum lo. An. in c. adeo. de re
ſcri. & c. ſignificavit de offi. ord.

7 Si epifcopus māder alii cle-
rico, quid res ſuas der alteri, ſi
ne cauſa rationabilis, nō tenetur
dare. ar. in cap. cuius Apofolus,
de cenisibus. ſi autem mandat vt
librios ſuos acquisitos, tamē de
bonis ecclēſie accommoderet alte-
ri clericis literis idoneo, eū ipſe
non ſit idoneus ad literas, tenetur
accommodare, quia hæc eft
rationabilis cauſa, videlicet ec-
clēſie vñtilitas. argu. in cap. quia
super. 7. q. r. aliter non tenetur, e
requisiti de reſta. & c. cum dile-
ctus, de iure patro. ſ. nos igitur
neque tenetur obediens, ſi man-
dat, vt renuntiet beneficio, & al-
teri conferat. in d.c. quia ſuper.
Intellige cauſa iuſta non exiſten-
te, etiam ſecundum Ray.

8 Epifcopo imponente clero-
quicquam pro negotiis ecclēſie,
tenetur obediens, nec valet ſi ex-
eufet ſe pro cura rel familiaris,
quia bonum cōmune præferunt
particulari. Nec valet, ſi dicat,
quid ſunt alii meliores, &c. quia
in talibus oportet feriuntur talem
ordinem ſecundum Ray.

9 Laici non tenentur obedi-
re prælati spiritualibus, niſi in hi-
tantum, quia promiferunt in ba-
ptismo, quia in aliis non ſunt eis
ſuperiores. Sed dominus tempo-
ralibus, qui verē ſunt eorum do-
mini, tenentur obediens in tem-
poralibus, prout iuſtitia requiri-
t, ſecundum Thom. ſecunda ſe-
cundū. q. 104. ar. 2. ad 3.

contra

contra iuſtitia, niſi forte ad cui-
tandum magnum ſcandalum, vel
magnum prieſtice. Conſentit
Gul. quia in huicmodi illis non
ſubiiciuntur.

10 Si epifcopus mandat ſacerdo-
ti, vt excommunicet Titū, quem
ſacerdos ſcrit eſſe innocentem. ſi
ſcrit ita notoriē, quod poſit pro-
bare, debet ante epifcopum pro-
bare eius innocentiam: ſi pro-
bauerit, non debet eum excom-
municare, licet poſit ſolum de-
nuntiare. Si vero non poſit pro-
bare, & res dubia fit, tenetur obe-
dire, ſecundū Tho. in quol. vt al-
leg. Pifa. & per ca. qui culparū.
23. q. Obedientia enim iſpsum à
peccato feriut, dum dubius eft
vel probare non poſet.

11 Filius tenetur obediens pa-
rentibus, quo ad diſpositionem do-
muſ, & morum diſciplinam, quia
in eis eft ſubditus. Tho. quol. 2. a.
9. quando autem fit mortale pec-
atum, ſup̄a. Inobedientia. ſ. 2.
ſatis dictum eft.

12 In omni obediens ſunt intel-
ligenda aliquid conditiones, vt
dicti glossi, in cap. 2. de vot. vi-
delicet, ſi adeſt poſſibilis. ca.
querelam. & c. breui. de iur. iur.
Secundū, quid ſit rationabilis
cauſa, ſecundum quod not. Pa. in
cauſa, ſecundum de vot. & Ar. in c. vti-
nam. 76. d. & inobedientis non po-
teſt præſcribere, quia ſemper eft
in mala fide. cap. fi. de regu. & ca.
ſic nobis. in glo. Quando autem
inobedientis mortaliter peccet. ſ.
Inobedientia, vide amplē. Obe-
diētia etiam poteſt eſſe circa ea,
qui libenter volamus, ſi in ea
proper præceptū principaliter
ferimus. Tho. ſecunda ſecundū.
q. 104. ar. 2. ad 3.

OBLATIO.

Oblatio eft id, quod offertur

à Christiano ecclēſie de re do-
nabili, iuſtē acquiſita. ca. quia in
omnibus, de vſu. & c. ex trāſmis-
ſa. de deci. & monachis, ſeu aliis
religioſis, poſtē recipere obla-
tiones, vel vt pauperes, vel vt mi-
nistrī altaris, vel vt parochiani.
oblationes. io. q. 9. Vide S. Tho.
ſecunda ſecunda. ſ. 4. a. 2. & Pa. in
c. pastoralis. de his que fi. a. p. r. 1.

1 Oblationes factæ in parochia,
ſeu altari, cedunt ecclēſie paro-
chiali, ſive factæ imaginis, ſi
ne capelle, ſunt rectoris, & non
presbyteri capelle, ſecundū Pa.
& Ant. in d.c. ſ. 1. ſ. 2. oblationes. etiam ſi
imago cui ſunt factæ, ſit depicta
in muro, in ſtra. in l. ſtatute. ff. de ſu-
ſruct. Quid quidam limitant, ſi
iant celebranti in ecclēſia ali-
cuīus, quia ſunt ſimiliter reſto-
riti: niſi eſſet epifcopus celebrans,
quia tunc comuni iure ſunt eius.
cap. ſuper. de paro. niſi conſue-
tudo obſter, quia eft ſequenda.
De collatis autem, & oblatis re-
ligioſis in ecclēſijs eorundem,
non poſſunt prelati aliarum ec-
clēſiarum aliquid ſibi vendica-
re, ſecundum Panor. in ca. nimis
iniqua. de exc. p. ſ. la. quia vide-
tur res illa eis collata intuitu ec-
clēſia, & non nomine oblationis,
& expreſſius hoc tenet in cap. 1.
de ſta. mo. & eft textus expreſſius
in d.c. & quo ad fratres prædi-
catores eft prohibito. cle. 4. in
privilegio, quod incipit: nimis
iniqua. Vnde ex hoc privilegio
dicti fratres poſſunt facere offer-
torium in ſuis ecclēſijs in miſa.
Sicut concludit etiam Tab. ver.
oblatio. ſ. 1. in fi.

3 Parochiani ad offerendū obla-
tioneſ poſſunt compelli, ſecun-
dum Panorm. in rubri. de paro. &
N

Sanct. Thom. secunda secundā. quæst. 86. a. 1. Primò, quando tenentur de ratione censū, quem annuatim solvant. Secundò, ex obligatione testamentarii. capi. quanto. de cen. Terriò quando sacerdos indiget, & ipsi abundat. Ad hoc est t. si episcopus. de officiis. lib. 6. Quartò, quando hoc habet confutatio. capi. ad apostolicam. de simo. Et in his duobus ultimis casibus, oblatio quo ad quantitatē remanet voluntaria, secundum Tho. suprā. Idem dicit de primis, secundum cunctem. ibi. 4.4.

4. De qualibet re posse licet, potest fieri oblatio, nisi vergat in detrimentum alterius, secundum Tho. suprā. a. 3. & hoc reprehendit Christus Matt. 15. dicens, Vos autē dicitis munus quodcumque ex me est, tibi proderit, &c. Vel propter scandalum. Unde aliqua persona prohibentur offerre oblationes, quas numerat glosa in ca. oblationes. scd. & intelligi debet, quando coruī criminā sunt manifesta, noluntur corrigit. Et idem diecūm est, de hereticis, excommunicatis, & iudicatis, in d.c. quanto. de censi.
5. Si confutato haberet, quod oblationes, qui sunt in dominica, sint rectoris, & qui sunt in festo sancti aliciuius sint sacrificia, & talis sanctus veniat in dominica; oblationes erunt rectoris, qui major est dominica, qui festum illius sancti, & hoc, secundum quod concludit Bart. in l. pro consuli. ff. de officiis. pro conf. Sacerdos potest recipere oblatum promissis dicēt, quas penitenti insunxit, ut faceret celebrari, nisi sit scandalū, à quo caueret debet. Vide ab omni. de vi. & hon. cle,

OBLATY.

O Blatus quis sit, suprā, Massachusetts. 5.1.

OBLIGATIO.

I Bligatio iuri, vinculū imponit, quo necessario quis astringitur ad aliquid dandum, vel faciendum. Infit. de oblig. in principiis ad vel patiendum, & finis censū est nulla ff. de pac. L. Intellige voluntario, & cum animo obligandi. facit glosa in c. 3. de votis.

2. Triplex potest esse obligatio, videlicet naturalis, qui continet naturale vinculum censū contracta inter eos, qui rationis capaces sunt tantum, ligans forū in foro conscientia, & ad agendum in contentiōis foro ineficax. Alia ciuilis tantum dicitur, nisi secundū quid quia à superiori cogitur, secundū Inno. in cap. quia pleriq. de immo. eccl. Tertia dicitur naturalis & ciuilis simil., vt cum quis ciuiliter, & cum solennitate se obligat ad aliquod, quod naturalis aquitas suadet; vt solvere agrum, quē in veritate teneret solvere: & hac in verroque foro obligat. De his infi. de oblig. per totum. Iustitia enim ad hoc etiam cogit.
3. In obligatione generali, nō ve- niunt ea, qui quis specialiter nō obligaverit, si t. Titius obligavit omnia bona, non intendebat obli- gare pannos, lectionum, & alia, sine quibus vivere non poterat, secundum Bart. in l. C. que res pign. obli. pos. Contra enim equitatē esse videatur.

4. Obligatio, cui oppositus est terminus ad sollicitandū implementum obligationis, adueniente termino non dissoluitur, quia iam contractus est factus: vt si contractis sponsilibus, promisi

ducere

ducere sponsam infra mensē, elapsō mense non dissoluitur hic contractus. Si vero terminus potest sit ad finitum, vel limitandum contractum, adueniente termino soluitur obligatio illius, per quem non sicut quin impletetur contractus initio, vt si promisi tibi tali die facere videntur nō de domo, & per te stetit, claspō illo die, non amplius teneor, secundū Pa. & Gos. in c. sicut ex literis de sponsal.

5. Si dies apostaſ sit obligatio- ni, & actor, & reus fuit ciuilem fori, tenetur reus sine interpolatiōne offerre, & ire ad domum actoris, secundum Panor. in cap. liceit hely. de simo, quia dies interpellat pro homine. ea potuit, de loca, quid si non sunt eiusdem fori, sufficit quid reus dicat in domo sua, paratus sum solvere, si sit qui recipiat: iuxta not. in l. item illa. ff. de constitut. pec. & quod ibi non. Bart. pro li- mitatione d.ca. potuit. Intellige tamen, nisi alter sit in pāto spe cialiter, si autem dies nō est ap- postita, requiratur monito. in l. ff. ex legati causa. ff. de verb. oblig.

7. Mora. 5.1.

PSOLUITUR precarium voluntate eius qui cōcessit. ff. eo. l. & mor- tali eius cui concessum est. c. f. co. quia concessio personalis extin- guitur cū persona regula pri- uilegium. de reg. iur. lib. 6. Item alienatio rei concessio precario nomine soluitur, si cū est alienata à primo domino velit reu- care. in d. ca. fin. Item finito tem- pore ad quod res fuerat concessa. ff. eo. l. cum precarium. Nō au- tem soluitur morte concedentis, secun. Pa. in c. precarium. eo. nam vbi actus validitatis pēdet ex vo- luntate alterius, non reuocatur per illius mortem. Presumitur enim quis perseverare in ea vo- luntate, qua moritur, c. maiores. de bap. Secus est, quidam aliquid conceditur vñq; ad placitū suū, quia per mortem spirabitur cap. ff. gratiole. de rescrip. lib. 6.

PNon potest præscribi res pre- cario nomine habita, vel scit precaria regulariter, secundum glo. in c. cleric. 16. q. 3. nisi ex ma- gna longinquitate temporis, do- minus oblitus acutus possit, taliter quod nesciat vbi sit sita, & possidat s. in bona fide. De precaria feminini generis, & precarie. Pa. ca. l. co.

PRAECEPTVM.

Raceptum aliud affirmati-

uum obligans semper, sed non ad semper, vt tantum quādo accidit casus: vt dare elemosynam pauperi occurrit in extrema necessitate. Aliud est negatiūm, obligans semper, & ad semper, id est, pro omni tempore, vt illud. Non mōchaberis. Nullum enim tempus est, in quo hoc licet. Pa. in c. nouit de iud. & doc. in 3. sent. d. 37. & S. Tho. secunda secundz q. 99.

3. Praecepta legis diuinæ, quædā erant ceremonialia protestantia diuinam virtutem, & figurabant quæ futura erant in novo testamento, vt præceptum de immolatione agni, & qui nūr feruaret talis præcepta, peccaret mortaliter, quia hoc esset protestanti Christum nasciturum, quod est contra fidem nostram. Quædā fuit iudiciale, quæ fuit determinationes iustitiae inter homines obseruandas, quæ licet iam cessarint, si quis ea feruaret tantum ex illa lege habita, mortaliter peccaret, quia esset hoc ludizare: non tamen ex se mortifera sunt, & absolute feruare illa non est ex se mortale. supra, Lex. g. 2. Quedam autem sunt mortalia, quæ sunt secundum rationis dictamen & legis naturalis, & hæc durant, & feruari debent, quia lex naturalis semper manet.

4. Praecepta decalogi sunt 10. tria pertinentia ad Deu. & 7. ad proximum, secundum glo. Aug. super Exod. & declarat Tho. prima secunda q. 100. 4. 5.

Quomodo autem, vel quando præceptum obliget ad mortale, & verba legis difficile est scire, propter varietatem doctorum. Quedam enim præcipiuntur vt consilia, quorū transgresio mor-

tales non inducit, quedam autem vt necessaria, & hæc communiter mortale inducent. Communione autem est vtriusque generis præceptorum, quod transgresio tam ex contempno, quam ex se impeditione finis, mortale peccatum inducit. Ratio primi, quia contemptus præcepti, sive præcipientis, iniuriarum infert ex propria ratione. Secundi autem est, ex eo qd finis præceptorum communium, est dispositio ad virtutem necessariam ad salutem animæ. Ad hoc omnia præcepta ordinantur, iuxta illud primæ ad Tit. i. Finis præcepti est charitas. Vnde si quis non vult jejunare, non solum, quia contemnit præceptum, sed quia non vult domare carnem, ad quod est institutum jejunium, peccat mortaliter. Consentit Caie. in summa ver. præceptum.

5. Peccatum etiam transgresio-nis diuinorum, & naturalium præceptorum, cognoscitur esse mortale ex materia. Nam quando materia est necessaria ad salvatorem animæ, transgresio est mortalitas, quia contra vitam animæ; vt est illud, Non furum facies, & huiusmodi. Si autem materia est tantum necessaria ad sanitatem, vt non dicere oriosa, & huiusmodi: horum transgresio non est mortalitas, quia non occidit animam, sed ægram reddit. Iure autem humano, difficulter est hoc cognoscere, quia aliquando ex re parua sicut præcepta ad mortale obligantia, i. e. ex materia sciri minimè possunt.

6. Ex appositione pœna quandoque potest sciri, vt si talis, quod cum ea vita anime stare non posset, inducit mortale peccatum, vt est pœna excommunicationis latæ

latæ sententia. Si autem pœna fuerit cum salute animæ, vt pœna suspensionis, interdicti, irregularitatis, pecuniae, & huiusmodi, transgresio non inducit mortale, secundum Caie. ibi, in summa, qui dicit, qd transgrediens præceptum sub pena excommunicationis cōminata, no pœna mortaliter, sicut clericus nutrīs comam, & barbam, quia antequam excommunicetur, debet prius moneri, & tunc si non timoni non paruerit, dignus est excommunicari. Si. in ver. præceptum. 3. 2. dicit quod si excommunicatio lata cōtinet intolerabilem errorem, non ligat trāsgredōrem ad mortale, quia nullus nisi pro mortalitate, nisi per ipsa verba quis ad mortale obligatur, nisi aliud cōfaret de voluntate præcipientis, vel præcipiteret de materia necessaria. Aliqui dicunt qd ipsa verba præcipimus, iubemus, mādamus præcipiendo, vel per virtutem obedientiæ, & huiusmodi, est præceptum, etiam in materia non necessariam aliter conset de intentione mandantis, vt Sil. dicit, ver. præceptum. 3. 2. argu. in ca. quod præcipitur. 14. q. 1. Si autem sunt verba inhibitoria, vt interdicimus, prohibemus, &c. etiam sunt obligatoria, si sunt præceptiva, secundum Pa. in c. nam concupisciam. de cōstī. Si autem fiat per verba communia, vt flattuo, decerno, & huiusmodi, non esset præceptum, sive dicatur in singularibus, id ēmque de præceptis

fati ab homine, & licet ista opinio videatur rigida, tamen est feciur. Vide tamē suprà, L. 3. quarto.

7. Ex verbis aliquādo cognosci-tur quod sit præceptum, quando præcipiens vitat verbis, quibus præcipientes, & intendentes obligare ad mortale solent viventib; de respicendum est ad diuersos mores diuersarum ecclesiastarū, & religionum. Nam in ordine fratrum predicatorum, mos præcipiendi est, dum illi cui præcipi-tur mandatus facere vehim, & post prælatus dicit, præcipio tibi in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, & hoc habet præcepto obligatorio, quid sic confuetum est intelligi huiusmodi verba pro præcepto auctonomatice, secundum Caie. ibi in summa. Not. quod in lege aliud quando ponitur maleplex verbum, vt volo, rogo, mando, committo, in beo, in his non est claram, quod per ipsa verba quis ad mortale obligetur, nisi aliud cōfaret de voluntate præcipientis, vel præcipiteret de materia necessaria. Aliqui dicunt qd ipsa verba præcipimus, iubemus, mādamus præcipiendo, vel per virtutem obedientiæ, & huiusmodi, est præceptum, etiam in materia non necessariam aliter conset de intentione mandantis, vt Sil. dicit, ver. præceptum. 3. 2. argu. in ca. quod præcipitur. 14. q. 1. Si autem sunt verba inhibitoria, vt interdicimus, prohibemus, &c. etiam sunt obligatoria, si sunt præceptiva, secundum Pa. in c. nam concupisciam. de cōstī. Si autem fiat per verba communia, vt flattuo, decerno, & huiusmodi, non esset præceptum, sive dicatur in singulari, sive in plurali: neque

Per verbum debet, quando materia est cōsūtiua. Attendendus est semper per regulā generalē, consuetus modus praecipiendi, per quācumque verba fiat, arg. in. ca. dilectus, de confus. & est text, in eis exiui.

3 Ex intentione praecipientis, transgredio mandati est mortalitatis, si ipse intendat hoc, & eius intentio sciatur, quod est difficile sciere. Intentio legis in communī bene scitur, quia est facere homines virtuous. Intentio autē legis ecclesiasticae, est non iniurie laqueos animabus, sed promovere ad unione cum Christo, & ecclesia; unde precepta legis obligantia ad mortale, stricte sunt interpretanda, & non ita late, ut multiplicatis preceptis illaqueantur animas: id est tibi pro generali regula, q̄ transgrediens quodcumq; praeceptum iuris positivi, sine contemptu & refutatione finis, sed vel ex pura ignorantia, vel ex apparenti fibi ex culatione, & nō adeſt animus faciendo contraria praeceptum obligantium ad mortale, nāquam mortaliter peccat, quia nō est intentio ecclesiae bonas illaqueare animas, & cōsequenter nec incurrit excommunicationem, licet forte ad cautelam effet abfoliēdus, secundum mentem Cai. in summa. ibi. s. Lex. s. 4. Hinc sequitur q̄ pralati debet esse valde prudentes, dum praecipiunt, vt non per calorem ira, odij vel huiusmodi praecipiant, sed quicco animo & pro re importanti precepta sua quando opus est faciant.

P R A E C I P I T A T I O.

Precipitatio, peccatum est, quando quis non cōsideratis considerandis, sed per impetum voluntatis, vel paſionis, ferunt

ad agendum, ad instar illius, qui se corporaliter de alto precipitat: quod ad imprudentiam pertinet, mortaliterque peccatum est, quādo est multum perniciosa secundum materiam necessariam, aliaſ veniale. De hoc vitio, Tho. secunda fecidez, quæſt. 53. a. 3, iudica de hoc, sicut de vitio prudenter opposito.

P R E T I V M.

Pretium rerum venalium, non cōsūtiū in indiſtribuī, ita ut qui nō soluit illud punctualiter, contra iustitiam agat, sed habet latitudinem quandam, ita quād addendo, vel minuendo aliquid minimum, non tollitus iustitiae aequalitas, secundum Tho. secunda de secundæ. q. 77. s. Emere. s. 2.

P R A E D I C A T I O.

1 Predicatio nullus debet, nisi officium prælationis habeat, vel ex autoritate habentis prælationem. Vnde ad R. o. c. dicitur, quomodo predicabunt nisi mittantur? quācumque ergo scientia, & sanctitatis sit, prædicare non debet, nisi à Deo Misericordia, secundum Thom. q. 12, quod probare debet, sicut Moys. alio miraculo probavit, alicet cōtra faciens, mortaliter videtur peccare, cum posit excommunicari, et hære. ca. excommunicamus, et l. idem tenet Pan. in c. sicut de hære. Idem cōcludit diuinus Tho. 3 parte. q. 71. a. si.

2 Videntur etiā mortaliter peccare predicatori, si in peccato mortalē incōterit predicent, contra illud Psalm. Peccatori dixit Deus, quare autē tu enarras iustitias meas, &c. Sic enim iniurian facit prædicationis officio, à Christo instituto, & maxime, quando quis sic indigne predicat, abutens prædicatione tanquam

quam declamatione, secundum Cai. ibi s. Si autem sit indignus, velle nihilominus esse dignus, & mundus ad prædicandum, licet ex humana fragilitate sic indignus, nō videtur mortaliter peccare, secundum Cai. s. quia predicare nō est actus alieuius sacramenti, suprā, Correclio. s. 10.

3 Predicator, dicens mendacium, siue contra doctrinam fidei, siue bonorum morum, siue de gestis sanctiorum, aut miraculorum, vel prophetiarum, siue de quibusq; aliis, quia ad instrudum, docendum, persuadendum, monendumq; auditorem, tanquam verbum Dei pertinet, mortaliter peccat, quia quantum in se est, evocat vniuersam ecclesie authoritatem, & Christi fidem per officium prædicationis originatā. Si dubium pro certis afferat, per eandem rationem mortaliter peccat. Quād si predicando dicat aliqua imperititia ad prædicationē, et iocula, non peccat mortaliter mētiendo, nisi ratione scandali, suprā, Mendacium. s. 3.

4 Peccant predicatori, quācunq; speculatiua, leges ciuiles, poetas Latinos, vulgares, philosophos, Romanorum gesta, & similia, nō vtilia: quia hoc videatur esse officium prædicationis abuso, cum dicat Christus, Prædicate Euāgelium. Ideo si multum in hoc excederit, grauissime peccant, secundum Cai. s. adulterantes verbū Christi. Credo tamen quādo hoc faciunt nō principali intentione, sed ad maiorem declarationem eorū, quæ habent prædicare, q̄ non peccent, maximē mortaliter, quia totum dicitur Euāgelium, quod ad declarationem Euāgeliū affluitur, si cut & doctores assumunt, dīca

philosophorū, & Aug. & Hiero, aliquando allegauere dicta pœtarum, & alli. c. turbat. d. 37. non ad pompa, sed utilitatem, sed de his intellige q̄ peccant, qui per totam prædicationem in huiusmodi diversantur, vt appareant, & ad fructum animarum nō attēndunt, quod est contra intentionem officij prædicationis.

5 Predicador habens inordinatum affectum, siue ad temporale lucrū, siue ad humanū laudem, adeo quād hanc fuit vltimū Regni eius, vel pecuniam tanquam prædicationis premium querit, q̄ ad simoniā pertinet, mortaliter peccat: aliaſ venialiter. Et hoc possunt aduertere, quādo magis gaudet de magna pecunia, & de gratia populi, quām de fructu animalium, quē tam principali ter debent intēdere. Cam autem studēt placere hominibus, vt ex plurim concursum maiorem fructum faciant, non credo eos peccare, quia finis est honestus. Aduerte q̄ contra predicatori falsa miracula, est latē excommunicatio: & an talis censura teneat, suprā, Excommunicatio 76.

6 Peccat etiam mortaliter, si in sermonibus suis detrahant prælia ecclesiārum: intellige secundum glos. si nominati, aut per circumlocutionē, quæ vicem habeat proprij nominis. Id si laicos ab ecclesiā suā frequentia retrahant, quia hoc eis inhibetur in virtute obedientiæ, & sub pena grauius culpa, in ele. religiosi, de priuileg. & intelligenti de predicatoribus religiosis.

7 Hi sunt qui possunt prædicare, vt colligunt ex Car. in c. dudum, de sepul. videlicet Papa, & cui ipse commiserit. Episcopus etia in aliena diocesi, nīp̄ pro-

habeatur. Archidiaconus, cui archiepiscopus in sua diocesi commisit, & diaconos excommunicos, omnes prelati ecclesiastici si sunt diaconi, quantum ad suos subditos, alii autem non, nisi de superioris auctoritate. Sacerdos curatus secundum Pa. in c. inter cetera, de offi. ordi. Fratres predicatores, & consequenter alij medicantes, per d.c.dudum.vbi dicitur. Auctoritate Apostolica statuimus, & ordinamus, ut predicatorum & minoris ordinis fratres, in ecclesiis, & locis eorum, ac in plateis communibus, libere valeant clero, & populo predicare, ac proponere verbum Dei, hora illa dumtaxat excepta, in qua locorum prelati (si enim vellet totum manere, vel totum diem occupare non possunt.) Episcopi, vel habentes iurisdictionem quasi episcopalem, cum administratione in re communis. Idem de vicario episcopi, si vult ipsi predicare vt vicarius tantum, (Quia aliter non potest fratres impetrare) predicare voluerit, vel coram facere solemniter predicari (ecclesias & tam coram paucis, et in camera, & non in publico) in qua predicare celesabit; praeferat quam si aliud de praetorium ipsis voluntate processerit, ac licentia speciali (non enim sufficit praesumpta, vel tacita voluntas; sed requiritur licentia specialis.) In studiis aut generalibus, vbi sermones ad clero ex more fieri solent diebus illis, quibus predicari solemniter confutetur; ad funera etiam mortuorum, & in festis specialibus, sive peculiari bus eorumdem fratum, possest idem fratres, & leiceat illi liberum predicare: nisi forte illa hora, qua solet ad clerum in predicatione

locis Dei verbū proponi, Episco puvel superior clerum ad se generaliter conuocare, aut ex aliqua ratione, vel causa urgente, clerū ipsum ducere congregandum. In ecclesiis autē parochialibus, fratres illi nullatenus audient, vel debeant praedicare, vel proponere verbum Dei: nisi fratres predicti a parochialibus fācēdōtibus iniuriant fuerint, vel vocati, & de ipsis beneplacito, & assensu, seu petita licentia fuerit, & obtēta, nisi episcopus, vel superior, per eosdem fratres predicari mandauerit. Ita clementia extenditur modo ad omnes mendicantes, & forte ad alios iuxta eorum priuilegia. Declarationes huius c. vide in Tab. ver. prädicare. in multis. §.1.2.3.

8 Posset dicti predicatorum, praedicare tempore interdicti, & etiam in ecclesia interdicta. in ea, responso. de tenten. excom. quia ibi simpliciter coceditur sine limitatione, nisi Papa specialiter interdicteret predicationem, non autem alij prelati in d.c. responso, quia cum sint exempti, episcopi, vel alij prelati super eos in hoc potestatē non habent, sed communī iure eis permittitur. d. c. responso.

9 Seculares & mulieres licet posse fine horarū fedendo, vt abbatissae, & priores societatum, non tamē predicare formaliter, etiam cum licentia episcopi, maximē mulier, quia officium hoc virile est, secundum Pan. in c. noua. deponi, & remisi.

10 Quando aliquis est valde ignorans de necessariis ad credendum, vel operandum, & habet commoditatem eundi ad predicationem, vbi huiusmodi declaratur, videatur mortaliter pecca-

re si non

P R A E S C R I P T I O. 601
re si non vadit, quia salutem animae negligere videatur. Si autem ultra hoc contemnit, manifeste mortaliter peccat. Christus predicauit annis tribus, & quasi mēfibus tribus, & vixit annis 33. & mensibus tribus, secundum Th. j.par.q.39.a.3.

¶ Pralatus dicitur communiter quisquis habet curā amarum, c.tua de clero, agro, proprio vero, nomine prelati venient maiorem habentes prærogatiā, sine iurisdictione, vt plementus, decanus, archipresbyter, & consimiles de foro compet. c. Romana. in 6. propriissime autē habentes iurisdictionem, c. 2. de iudi. iuncta gl. & in c. dudum, de seputu. s. in ecclesiis, qui pralatus a collegio eligitur, & per electionem iurisdictionem accipit in collegio, secundum Innocen. in c. cū ab ecclesiarii, de offi. ord. Requiritur ergo primō elecō, & confirmatio per superiorē, vel quipræferatur ipsi collegio per superiorē habentem potestatēm. c. nihil. de elec. Secundo, quid vniuersitas, vel collegium, quod ipsum elegit, sit clericorum vel religiosorum, qui alias non posset dare iurisdictionē in personas ecclesiasticas, secundum Inn. Terzo, quid iste electus sit clericus quia alter iurisdictionis spiritualis in eum non caderet, vt in c. cum causam. de præscript. Quartō, quid habeat iurisdictionem ordinariam in foro contentioso exco municandi. Vnde priores mendicantium, & aliorum ordinum, sunt hęc modo proprie prelati, & possunt esse conferuatoris. supra. Conseruator. §.2.

2 Negligentia prelati in omissione necessaria orationem ad eius of-

ficiū, vt in visitatione, correctione, & huicmodi, est peccatum, secundum glo. in c.ea quz. de offi. archi. & tenetur non solū de dolo, & lata culpa, sed etiam de leui culpa, de damno ecclesiastrum, & fortius animarum, secundū Hoffti. in d.c.ea quz. De alis prelatorum peccatis, vide versi. episcopos, per totum. permisio, negligētia, correccio. §.10. & 11.

3 Pralatus non tenetur veniam à subditō petere, etiā quid excusat serit in eius correccióne, ne eius authoritas enervetur. dist. 86. c. quoniam. & secun. Aug. in regul.

4 Pralatus obligans ecclasiām pro alienis debitis, ipsi factō est suspenſus ab administratione spī ritualium, & temporalium: eodem modo si aliena pro alienis debitis, non autem si pro propriis, & si sic sufficiens celebrat, non efficitur irregularis, secundum Pa. in c.2. de sol. quia non est suspensus ab ordine, sed ab administracione, quanvis Hoffti oppositum teneat & male. Potest tamē mutuare, & facere elemosynam pauperibus, quando abundant, secundū Pan. ibidē, quia bona ecclasia superflua, sunt pauperum, ideo si eis datur, non est malum.

5 Pralatus non tenetur omnibus placere, imo non potest, & quanto iustior, tanto minus potest, secundu Pa. in c. qualiter & quando. el 2. de accu. Quomodo potest eligere sibi confidem, supra, Abiolutio. §.14. vide de hoc in versi. alienare. §.3. An hereditatem posuit repudiare seu legatum, supra. Alienatio. §.17.

¶ Præscriptio, & vñcapio importat acquisitionem dominiū per continuam possessionem temporis, à lege definiti, autho-

p.s

ritate legū vim capiens, ponam negligenteribus inferens, & finem liribus imponēs. ff. de vſu capio. 1.3. Nec est contra ius naturale, immo ratione conformatum, quia negligētes punit, & terminas litas. Cum autem est legitimā, id est, cum bona fide, & tanto tempore ut iura canonica approbant, ius parit in foro cōficiet: ita quod si postea sciatū fuisse alienū, quia ratione legum rationabilium, factus est dominus rerum legitimē praeſcriptarum, secundū Caeretum, ibi in summa. Differat tamē praeſcriptio ab vſu capione, quia vſu capio est rei mobilis, qua in triennio completer, c. qua actio nes. 16. quæst. 3. praeſcriptio vero, est rei immobili, & non ita citio completer, sed ad eius complementum, maius tēporis spatium requiritur, ut in sequenti s. dicitur.

2. Præscriptio vna longi temporis est, videlicet annorum decē, inter praesentes, id est, in eadem ciuitate existentes, secundū Accur. vt not. glo. in l. cum in longi. C. de præscript. l. on. tem. Alia xx, annorū, inter absentes. Alia est longissimi temporis, videlicet xxx. vel xl. annorum. 16. q. 3. s. potest. Intellige contra laicos, quia contra ecclesiā laicos non præſcribit.

3. Ad præscriptionem secundum iura canonica quatuor requiriuntur. Primò, possessor rei præscribendā continua sine interruptio ne visque ad finem præscriptionis, c. illud, eodem, & in regulis, sine posseſſione, de regulis iuris. & quod teneat eam nomine suo & non alieno, vt colonus, nec pecario, & huiusmodi, qui non proprio nomine possidet, c. cum ve-

nissent, de restitu. spoliat. Secūdō, requiritur bona fides præscribentis, id est, quod credat esse rem suam, licet erret in facto. I. bona fide, ff. de ver. signi limita in præscriptione vbi requiritur aliquis actus positivus. Pan. in c. ff. de præscri. Tertiō, requiritur titulus iustus, c. si diligenter, de præscri. cū limitationibus, quas ponit Pa. in c. de quarta.co. vel si titulus saltem præsumptus, secundū Archi.flor. & secundū Veruer. Thā nāque quis fecit conscientiam dicitur habere iustum titulum, quando nihil probabilitatis innoteſcit ei de contrario: & dicitur iustum titulus secundū eūdem Veruer. omnis actus, per quem solus dominum acquiri, ut iure hereditatio, vel exēptione, vel donatione, & huiusmodi. Quartō, quod sit talis res, que possit præscribitur non enim omnia præscriptione patiuntur, de quibus vide Sil. ver. præscriptio secundo. s. 2. quasi vique in finem, sicut peccatum, ecclesia, loca religiosia, & alia plura.

4. Si quis dubitat, licet nescias habere iustum titulum, est possessor bona fidei, & sive quoque sciat se iuste possidere, tunc enim est bona fides. Unde cum talis dubitatione potest præscribere, maxime si à principio non habuit talē dubium: debet tamen diligenter inquirere, & cum inuenierit rem esse alienam, statim restituere. glo. in c. si. cod. & est text. in c. ff. virgo. 32. quæst. 2. ibi enim dicitur bona fidei possessor est, quia dicunt alienum possidere quis ignorat.

5. Si quis à principio præscriptionis fuit malix fidei possessor, postmodum effectus in bona fide perieuerat, non præscribet, nisi incip

incipiendo à tempore quo incepit habere bonam fidem, secundū Panor. & Holtien. in d. c. si. contra Innocē. Barto. in d. c. si. quia oportet quod præscribens in nulla parte temporis habueat præscribentem, non posse sunt præscribentes, non possunt præscribere per quodcumq. tempus possederint. c. clerici. 16. quæst. 3. Item coloni. in d. cap. clerici, & sequenti. Item vñfructua rius. s. fructuari. Inſti. per quas perito. no. acqui. Item nec creditor præscribit pignus. I. nec creditores. C. de pigno, actio, quia tales prædicti alieno nomine possident. Vnde si post centum annos posses probare aliquod tuo nomine possellum, præscriptio non curreret.

In multis etiā casibus non currit præscriptio, etiam quod non interrumpatur. Primo tempore prælati, qui male alienum rem ecclesie, c. si sacerdos. 16. quæst. 3. Vna. Tancr. Gof. Joan. de rip. & Panor. in d. c. vigilanti. & ita tene. Dicitur possessor bona fidei, cum quis credit tradentem rem, esse dominum rei, vel habere do minum distractum, licet erret in facto. ff. de verbo, significata. I. bona fidei, qui semper præsumbit, nisi probetur in contrarium.

7. Possessor naturaliter interru pitur, per maris, vel fluminis inundationem, vel occupationem fundi, per violentiam diectionem, si res est possiflere furioso ful blata est. Naturaliter. ff. de vſu capio. vel si quomodo cūq; amissā est, vel possessor habuit animus defendendi rei, ff. de fer. vrb. præd. s. id est.

8. Præscriptio ciuiliter interru pitur octo modis, de quibus agitur, non in conscientia, sed in exteriori foro. Vide Tab. versicu. eodem. s. 16.

9. Quicunque potest proprio nomine possidere, potest præscribere, non autem qui alieno nomine possidet, c. si diligenter. ed. Et precarie possidentes, non possunt præscribere per quodcumq. tempus possederint. c. clerici. 16. quæst. 3. Item coloni. in d. cap. clerici, & sequenti. Item vñfructua rius. s. fructuari. Inſti. per quas perito. no. acqui. Item nec creditor præscribit pignus. I. nec creditores. C. de pigno, actio, quia tales prædicti alieno nomine possident. Vnde si post centum annos posses probare aliquod tuo nomine possellum, præscriptio non curreret.

Iis regula, quia talis non est in culpa negligentia, propter quam admittitur praescriptio.

II. Non currit p[ro]p[ter]o cōtra eum, qui diu aliq[ui]d sine causa soluit. C. de agri, & c[on]f. l. litibus imponentes. & c. peruenit de censu. Nec incipit currere praescriptio crediti, nisi finito termino, vt si Petrus teneret Antoniu[m] hinc ad annos decē soluere C. du catos, nō incipit currere praescriptio, nisi finito decennio, qui erat solutionis terminus. C. de praescript. 30. vel 40. an. l. cum noūissimi. 3. illud.

P R A E S V M P T I O.

Praesumptio est duplex, una secundu[m] canonistas, quae secundu[m] Gof. est alius facit dubij plena, quandoque tempore probatio. At quia hac ad forum exterius pertinet, iuris istis relinquamus. Vide Tab. ibi in principio. Alia est secundum theologos, pertinentis ad forum animarum, qua secundum Thom. secunda lecunda. quidam. 1. videtur importare quandam immoderatiam spes, & est vitium, quo quis actu interiori, vel exteriōri agreditur opus excedens suam facultatem, quasi non excedat. & quia hoc contra rationem, & virtutem magnanimitatis est, ideo peccatum est si ignorans, praealimat mederi corpora, docere, praedicare, & huiusmodi: & vniuersaliter facere, quod nescit. Vel si vtitur potestate; vel iurisdictio[n]e, quas nō habet, sicut si acolytus prasumat legere epistolam cum manipulo, vel euangelium, & non iudex iudicare, vel secularis iudex iudicare clericos, & huiusmodi: vel si indigens prasumat facere, quez ad dignos pertinent, & t[er]m[in]e communicate in pec-

cato mortali, vel arguere alios cum sciat, & eis peiores, vel conuertere cum mulieribus, vel huiusmodi. Quando igitur talis prasumptio iniuriam, vel damnum inferit alteri notabile, tunc mortale peccatum est: sicut si confessor ignorans prasumat audire confessiones, & medicus curare corpora, cum nesciat, vel si quis prasumptio se periculo exposuit, peccandi mortaliter, confidens nimis in seipso, videtur mortaliter peccare, quia si alios exponere periculo mortis corporalium, & spiritualium, est mortale, multo magis peccatum.

Item quid[am] quis sperat a Deo aliquid, conopea, quod non est possibile secundum diuinam legem, vt veniam peccatorum sine contritione, vel vita beatam pro priis meritis, & quia hoc derogat diuinae ordinationi, & est contra spiritu sanctu[m], cuius auxilium videtur spernere: ideo mortale est, quod quidem peccatum ex innani gloria, secundum Gre. & superbia, ortum habet.

P R A E V A R I C A T I O.

Praevaricatio est peccatum, quo quis a debito officio divertit, ad opositum fouendum, vt actor ad fouendum reum, vel econtrario: quod est contra rationem rectam, & si fiat invito iudicio, aut alias in praeiudicio diuini, vel communis boni, aut proximi, mortale est ex suo genere, quia contra iustitiam. Remota autem iuris, & damno, consideranda est ratio declinatio[n]is, quia posset esse talis, quod constitueret mortale, vt si quis propter lasciviam, vel huiusmodi prauaciarum existat, alias erit veniale, secundum Caet. ibi in summa, & bene.

Prima

PRIMI MOTVS. **P**rimi motus sensualitatis, qui naturales dicuntur, nec sequuntur imaginacionem, carent peccato, quia non sunt in potestate voluntatis, ne venient. Primi autem motus, qui non ex imperio rationis procedunt, tantum voluntas poterat impeditre, possunt esse peccata, sed quia ratio super his non habet plenum dominium, ideo non habent plenam rationem peccati, quod sit mortale, sed est veniale: si tamen ratio huius mortali confertur in turpi, & mortali, mortale est. Quomodo vero causatum in sensualitate possit esse, vide Sanct. Thom. 2. sen. d. 24. q. 2. a. 2. & 2.

P R I V I L E G I V M.

Priulegium dicitur quasi lex priuata, secundum Thom. secunda secunda, q. 96. a. 1. a. d. 1. secundum canones vero priulegium est, quando aliquid contra iura eccl[esi]astica, c. priulegia. d. 3. Si vero aliquid conceditur praeter ius commune, quod sit sine alterius praeiudicio, dicitur beneficiu[m], vt no[n]. Pa. de verb. sig. o. cl. 1. **Q**uoddam priulegium dicitur reali, vt quod ecclesiis, dignitatibus, ciuitati, vel loco, vel personis, ratione loci, vel alii cuius rei conceditur. cap. cum olim. eo. & tale perpetuum est, cum adhuc rei, nisi forte perimatur res. 25. quidam. 2. c. 1. vel nisi reuocetur ex causa, c. recolentes, de statu mona. s. 1. Aliud est singulariter personale, vt quod alius, vel aliquibus personis conceditur, certis, & propriis nominibus expressis, capitu[m] volentes, de officiis, legat, & tale non egredietur personam, cui conceditur: nisi hoc exprimatur. cap. constitutus, de conce[ss]ione, prab[er]e. Et si conceditur

ratione dignitatis, non vtitur eo si aliam adipiscatur dignitatem, cap. bone, s. fi. de postula, praefat. Aliud est communiter personalis, quod conceditur perlonis, non expressis propriis nominibus, sicut de priulegio minorum 25. annorum, in l. prima, f. de minor. Aliud est singulariter personalis, & communiter corporalis, vt quod aliqui collegio, vel vniuersitati conceditur sic, quod quilibet de illa vniuersitate eo posse vti. capit. contingit, de sententia excomm. vt sunt priulegia predicatoribus, & minoribus concessa. Item aliud est communiter corporale, vt id, quo solum communitas se iuuare potest, & non singularis persona, vt in cap. qui manumittitur, 22. questione secunda, & talia dicuntur corporalia priulegia, quia cum collegio extinguuntur.

3. Quicunque potest facere constitutionem, potest priulegium concedere respectu iuriu[m] constitutiōnis, vel rei ad se pertinentis, secundum Holtien. & omnes. Vnde Imperator potest concedere priulegia in temporalibus, non autem in spiritualibus, quia de his nō potest statuere. 96. d. c. he ne quidem. Papa vero in spiritualibus semper potest, in temporalibus autem in terris sue iurisdictionis, in aliis autem etiam, nisi sit in praeiudicio iniuste dominorum, quia secundum Thom. 2. sententia d. 44. in terra Papa tenet apicē potestatis spiritualis, & temporalis.

4. Privilegium quod est contra ius, debet stricte interpretari, vt minus derogue iuri communi, quam posse. ca. cum dilectus, de consuet. Unde si cum illegitimo dispensetur, quod posse promoueri

ueri ad ordines, intelligitur tamen de minoribus ordinibus, secundum Panor.in c.si quisquam, de cohab.cleri. & mu.supra,Cleric.s.4. Inō si non exprimit causa quare concedit, aut non fieri certa scientia, vel notio proprio, non presumitur de voluntate principis.l.i.C.de peti.bon, inō per importunitatem obtentum, per l.i.C. de fundi limtro. Aliqui volunt quod simil ponatur ex certa scientia, & motu proprio, Bal.in cap.licet causam, de proba.Idem dicit de scripto, quod ius tertii tollit, & de priuilegiis ad beneficia, vt in b.de praben.cap.quanuis,nisi confundit tuto aliter interpretetur, vt noto, in cap. quod dilectio.de confang. & affinit. & nisi verbis aliud exprimatur, quia a propria significatione verborum recedere non debemus, nisi de mente altero ostener, in c.olim. & capitul.in his.d verborum significi.Si tamen priuilegium enormiter ludit ecclesiast. vel alium, nō valet, nisi sit specialis metus de enormi lascione, secundum Panor.in c.eum ad hae de cleri.non resi,quia in dubio nō presumitur principem cōcedere aliquid cum graui dispēdio alterius.l.quoties.C.de precepib.Imp off.vnde priuilegiū immunitatis ab oneribus persona libus concessum alicui a principe, non liberat eum ab aliis oneribus, que potest leviter, & breuiter expedire.Casus est in l.decurrio.C.de decu.j.Rescriptū s.n.

5 Priuilegium largo modo sumptum, pro omni prater ius concessio, largissime interpretandum est, in praeuidicium cōcedentis, in praeuidicium vero aliorum, si est, debet stricte interpretari, & quia circa de priu.i.glo.ytli. & cum

per Inno,in c.olim.de verb.sig, nō tamē ita stricte, ut nihil operetur, quia semper priuilegium debet aliquid operari.c.i.Papa. de priuileg.in 6. & seruerat proprietas verborum, quia quando sunt ibi vera lata vniuersitatis, & praesita, est latē interpretandum, ut noto.Anto.de But,in cap. olim.de verb.sig, quanuis materia sit fidatio, nō excludit lata interpretatio, quae ex proprietate verborum nascitur, vt etiam innuit Abb.in d.c.olim.vbi dicit quid priuilegium debet latissime interpretari, ubi verba haec patiuntur. Et quid priuilegiū, vel gratia concessa personz loquitur simpliciter, debet intelligi, secundum conditionem personae.c.placuit. & c.si viua.16.q.1. Et quando constat de mente legis, vel priuilegiij, debet seruari, secundum Pan.in cap. quanto.de priuilej.in gl.i.fi.In dubio recurrens dum est ad verba de reg.iur.li.6. reg.ii. Quando autem verba sunt ambigua , eius est interpretari cuius est cōdere, secundu Hosti. & interim negotium suspeditur. c.inter alia, de sent. exō.Frustra etiam priuilegium daretur, si de iure communī fieri posset. Pan. in rubri.de confer,eccl.

Multis modis priuilegiū perditur. Primō,ynico actu contrario direcō factō ab eo, qui habet potestatē renuntiandi priuilegio. cap.cum accessissent,de confit. Intellige quid priuilegium est concessum personae priuata, ad non faciendum, non autem si sit concessum cōmuni, vel ecclie, vt not.glo.in d.c.cū accessissent. Secundō, per spatiū annorum deceni perditur, si ille cui datū est ad aliquid faciendum, eo non vituit, quod limitat Panan d.c.

cum accessissent, quando nō conseretur ecclesia, aliās secus.Tertio, per secundum priuilegium mentionem facies de priori, vel si primū erat generale, & secundum speciale, etiam quid nō facias mentionens de primo, perditur, capit.veniens, de descrip.ibi diffuse Pan.Quarto, per propriā renunciationem.Vltimo, per reuocationem concedentis. Nō est tamen decens quid nō reuocetur, secundum Hosti.fin caufa.Alios autem modos perdendi, vide in c.suggeſsum de decimis.

7 Quando priuilegium est notarium, sicut nunc est priuilegium prædicatorum, & ministrorum, non tenentur priuilegiati comparare si cōtentur, & sententia lata contra eos sit nulla, secundum Pan. in cap. cum ordinem, de descrip. in gloss.fin poft.Ioan.Cal.Secus si non sit notarium, & vbi non constat notorium de priuilegio, cito tatus debet comparare, & allegare priuilegium, aliās sententia lata contra eos teneret. Et dicit idem Pan,quod in hoc multi indices simplices decipiuntur.Requisitus verò a locorum ordinario, in loco congruo, & seculo, coram aliquibus iuris prudentibus, & omni suspitione carentibus, deputatus per ordinarios ad hoc, tenetur priuilegij atque exhibe integrilater priuilegij, & clausulam, de qua controvergia est, transcriptam,capit.cum personae.de priuileg.lib.6.Intellige quando non est notarium, vt dicū est.s.superiori.

8 Domini terrarum superiorum recognoscentes, non possunt aliquibus concedere priuilegia suū, per talis nō solentis, nisi tantundem detrahant de solutione sibi fienda à cōmuni, alter in-

iustitiam committit, grauantes communitatē propter aliquos particulares. Si tamen adesset aliqua rationabilis causa, propter quam aliqui deberent priuilegiari, credo quid nō peccarent, quia causa rationabilis tollit iniustitiam.Si autem Imperator, Papa, vel princeps non recognoscens superiorem hoc fecerit, debet resuari, & qui se grauatis ferient, ad superiorem recurrant.Tales enim qui nō recognoscunt superiorem, possunt exercere ea qua sunt Imperatoris, c. per venerabilem, qui filii sint legi, non tamen possunt facere sine rationabili causa, aliter peccat, contra naturā legem facientes, & iustitiam.

9 Quilibet potest renuntiare priuilegio suo, secundum Pan.cap. si de terra.cod.tit.nisi sit in præiudicium superioris, vel terii, ideo exceptus non potest renuntiare exemptioni, sine licetia Pa pæ, cum tempore, de arbitrio.

10 De cōfentia priuilegiij non est bulla, secundum Innoc. & alios doct.in cap. constitutis, de reler, tamen sine illa probari non potest, nisi per testes, vel alias probations posset probari.c.olim. el.zeo. & si moriatur Papa ante quam bulla extrahatur, valer, si fuit verē ante concessa, quia bulla(vt diximus) non est de eius cōfentia.

11 Priuilegium concessum patri ratione dignitatis innata, trāsit in filios, secundum Panormit.in cap.licet,de censib, si sit concessum ratione officij, vel profissionis, transit in filios legitimos viuente patre: si verō ob necessitatē sit concessum, non transit, vt si cœus propter infirmitatem sit exceptus, non tamē cœus filij,

quia

- quia videtur in eis ratio concessio-
nis cessare.
- 22 Priuilegium cōcessum Titio,
valer etiam ius sio, quādō ali-
ter est uti nūtile priuilegio, se-
cundum Pan.in c. quām sit de iu-
di. Facit. c. licet de priu. in 6.
- 23 Priuilegium alteri cōcessum,
non potest diminui, etiam per le-
gatum à latere, secundum Pa.in
c. nisi specialis de offic. leg.
- 24 Priuilegium quod solum con-
tinet ius commune, aliquid pro-
dest, secundum Hostian. quia ma-
gis solet timeri quod specialiter
prohibetur, quādō quod genera-
liter, c. quānquam d. 23, vel quia
magis sciuntur priuilegia quām
iura, vel quia cum ius mali fer-
uetur, per priuilegium innova-
tur, c. 2 de treug. & pac.
- 25 Exemplaria priuilegiorum sic
authenticantur, secundum Pan.
in cap. si instrumenta, de fide in-
strum. Si iudex diligenter inspi-
ciat, & tunc plures notarii sub-
scribant, quādō iudex sibi fecit, &
inuenit integr. &c. Vnus etiam
notarius sufficit auctoritate in-
dicis. Quomodo autē deprehen-
datur falsitas priuilegi, & bula-
le, suprā, Bulla per totū. & Sil-
ver. Tabellae. s. 10. Vide archiep.
2 par. titu. i. cap. 18. & in c. quām
grau. de cri. fat.
- 26 Si Papa cōcedat priuilegium
alici collegio, vel monasterio,
cum tali clausula, quādō non in-
telligatur reuocatum per quod-
cunque breue, vel aliud, nisi de
hoc fiat speciali mentio de ver-
bo ad verbum, etiam si in literis
contineatur, quādō tam exem-
pti, quām non exempti tenean-
tur ad aliquod faciendum. Post-
modum Papa dat bullam legato
cum plenissima auctoritate, vi-
delicet, quādō tam exempti, quām
- P R O B A T I O N .
- P Robatur communiter incum-
bit afferenti, per cap. fi. 6. q. 5.
& ff. de prob. l. 2. Probat in ge-
nere triplic. Prima, euidentissi-
ma, per instrumenta, priuilegia,
& hu-

- & huiusmodi. c. pja. de exce. li. 6.
Secunda, euidentis per testes, vel
facti euidentiam. c. tua de coha-
cle. & mul. Tertia, minus euideſ, per
coiecturas, c. afferte. de præ-
sump. la specie autē plures sunt,
que his verbis continentur. A-
specus, sculptus, tefsis, notoria,
scriptum, iurans, confessus, præ-
sump. fama probabit. His no-
men probacionis species mani-
fessantur.
- 2 Scriptura librorum antiquo-
rum referutorū in custodia pu-
blica, & fidelis, fidem facit, cu-
m Pan. in cap. cum caufam de-
probat. & per ea ad audienciam.
ut si reperiantur in ca-
mera cardinalis, vel episcopi, &
non sint in graue præjudicium ter-
ris, secundum Pan. ibi, focus si-
funt in prædictum tale, contra
cap. inter dilectos, de fide instru.
Idem dicas de scriptura antiqua
in lapide scripta. Instrumeto au-
tem producio de archivio publi-
co, creditur, secundum glo. in d.
c. cum caufam. Pro hoc facit d.c.
ad audienciam.
- 3 Monumentorum scriptura nō
probant proprietatem. C. de re-
ligio. & fump. fun. l. monumento-
rum, adiuvant tamen probatio-
nem, secundum glo. ibi, non tam
plane probant.
- 4 Singulares testes nihil probat.
ca. licet de probat, diuersa vero
probationes, que tēdunt ad vnu,
sunt sufficietes ad iudicis animū
inducendum ad plenam creduli-
tatem. Inducunt etiam plenā pro-
bationem, sive sint vnius gene-
ris, sive diuersi, vt vnu testis cū
infamia, iuxta no. in c. de appell.
Idem dic de alijs præsumptioni-
bus, & adminiculis cum vno te-
ste de vnu, & pluribus de credula-
itate probant, focus quando tē-
- P R O C U R A T O R .
- 1 P Racitorum peccata, vide
suprā. Advocti, quia quasi
eodē modo, delinquunt. Procu-
ratorum quidā sunt ad iudicā,
quidā ad negotia, & quia hoc ad
exterius pertinet, vide si
vis iur. de procur. quomodo in-
stituantur, quales esse debent,
& ad quas causas, & actiones ad-
mitti queant.
- 2 Procurator est idoneus ad cō-
trafendū matrimonium pro a-
lio, si habeat speciale mīdatum:

alias nō , etiā si haberet clausula, ut posset omnia alia, &c. & cum expressione vnuis quod requirit speciale mandatum, fecundū glo. in c. fina. de procur. ver. speciale. in 6. infra, vii. carius. s. 9. Similiter non aliter tractat causam matrimonialem: & talis non substituitur, nisi de hoc speciale habeat mandatum, & si fuerit veterus, vel reuocatus, etiā si iurasset non reuocare, si contrahat post, non tenet contradictus, etiā quod ignoret reuocationem: hoc enim est speciale in matrimonio earna. l.c. fin. eo. in 6. Secus in spirituали matrimonio, ad prælatum sci- tient eligendū,

3 Non omnes casus per procuratores explicari possunt, vt penitentia, c. quem paenit. de pen. d.i. Responso adulti quodā ba- prizatur, c. pro parvulis. de cose. dist. 4. & suscepit cuiuslibet fā- cramenti, & omnīs aliis expreſſiō- exceptus à iure. Alij autem expli- cari possunt, in 6. de re. iur. c. po- test quis. Excipiuntur aliqui ca- fus, in ca. qui ad agendum, iuncta glo. in 6. de procur.

4 Si procurator vadens pro fa- cto domini spoliator à latroni- bus, vel huiusmodi: tenetibus dominus ipsū de hoc damno re- leuare, quia hac sunt exirefica- ā mandato, & imputanda causā fortuito, sed solum expēfas qua- fecit eundo, redeundo, & stando pro causa, etiam si à principali nihil dictum esset de expensis, & etiam quācūq; allump- sit voluntarii mandatum, resti- quet. Si autem principaliter ita- ret pro propriis negotiis, nō pos- set petere, nī quantum expedit pro causa.

5 Administrator ecclesie, licet pō sit dominus, vt in c.a. de don,

potest tamen instituire procura- torē, c. petitio, de procurat. in- tellige de procuratore largē, id est, iudicico, & auctore, ut limitat Panor. in c. edoceri. de rescrip. Et est quās idem iudicium de ad- uocato, & procuratore, vt Tab. dicit, ver. procurator. s. 7.

P R O D I T I O .

1 P roditio, que est deceptio contra fidem datam, pecca- tū est, cum filia aurarit esse dicatur. suprā, Auraria. s. 4. Et tantò grauius, quanto maior ia- turā sequens fuerit.

2 Dans operā occulte, vt castri quod Plato iniuste detinet, re- vertatur ad Titium verum do- minum, principaliter zelo iusti- tiae, non peccat, quia quilibet debet proximū iuuare, & in perso- na, & in rebus, & hoc quādo cre- dit, quod verū dominus aliter non poterit habere, & quod ex hoc non sequetur mors, neque scandalū, quod raro cuenit: video hoc non est alij confundendum, neque prædicandum. Si verò ex odio, vel alio malo fine heret, peccatum esset, & mortale: arg. c. fertur. i.q.i. non tamen teneat restituere, quia rem alienam non tulit, licet in modo auferen- di deliquerit.

3 Non licet alij priuata personæ, proditorie occidere vene- no, vel huiusmodi, hotem capi- taliē alij iuuus domini, vel ciui- tatis, neque ad hoc priuati indu- cere, licet quis posset peccato pri- uati, parati ad hoc, vt, vt dicit Arc. Ilo. secunda par. titu. i.ca. 2. 8. & infra, tyranus. s. 1. Videatur Ambr. Archib. non firmare pe- dem, cum dicat sic à peritis audi- usse. Ego autem dicto quācumque peccato alterius parati, vt non posse, quando talis agnus nō nisi

cum

tu peccato fieri potest, sicut est maleficū, quod semper cum pec- cato fit, sicut de mutuo, quod si- ne fuit fieri potest. Concord. Caike. ver. maleficū.

P R O D I G A L I T A S .

P rodigalitas vitium est, quo quis superflue, & sine neceſſitate erogat bona sua contra vir- tutem liberalitatem. Si autē sit pūra, & nō alteri peccato admixta, peccatum veniale est, quia non est cōtra charitatem, sed pater, secundum Caike. ibi summa. Si autem impietati, vel adulterio, vel alteri mortali peccato fuerit iuncta, erit mortalis, sicut si pat- ter prodigè expēdens bona, fi- lios in miseria relinquit. Hos enim ad impietatē vergit, & pro- pterea mortalis efficiet prodigalitas: & se de alij iudicabis, quando mortali agitur appetitu: secus si veniali.

P R O F E S S I O .

